De vocabulis tragicis
quae apud Platonem inveniuntur

Dissertatio inauguralis philologica

quam amplissimi philosophorum ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

in Universitate litterarum Viadrina Vratislaviensi

rite capessendos

die XVIII mensis Februarii anni MCMIX hora XII

una cum sententiis controversis

in Aula Musica publice defendet

Kurtius Gleisberg

Silesius

Adversarii erunt

Stephanus Sikorski Dr. phil.

Kurtius Lerche Dr. phil. des.

Berolini

Apud Mayerum et Muellerum

MCMIX

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulerunt
P. Wendland et O. Hoffmann.

Examen rigorosum superatum est a. d. III. Id. Nov. anni MCMVIII.

Paulo Wendland

sacrum

Iam saepius observatum est nonnullos prosae orationis scriptores Graecos, qui ornamentis quibusdam e poesi depromptis sermonem pedestrem instruere volebant, vocabula poetica elocutioni suae inseruisse[1]. scriptoribus Ionicis, qui primi prosa oratione ornata usi sunt, carmina epica unicum fontem praebebant, ex quo illa elocutionis ornamenta sumere poterant; vocabula quoque epicorum poetarum usurpaverunt, sed raro id fecerunt. nam sermo pedestris, quem adhibebant, non ex numeris solutis epici sermonis ortus est, ita ut vocabula poetica epicae originis prosae orationis vestigia putanda essent, sed consulto scriptores paucis locis, quibus elocutionem elatam et colorem poeticum petebant, verba poetica prosae orationi inseruerunt. iam quae viri docti de ratione, qua scriptores singuli in poetarum vocabulis adhibendis utebantur, sibi exploravisse videntur, paucis complectar, quamquam quam difficile sit fines, quibus dirimuntur sermo pedestris et poeticus, certo definire, quam incertum sit de singulis verbis iudicium, meminisse oportet.

De logographis qui dicuntur, aliquid certi statuere difficile est, quia scripta eorum paene omnia interierunt; Norden (l. l. p. 36) hoc quidem e fragmentis se cognoscere dicit poeticum colorem eorum non tam singulis verbis quam tota ratione dicendi atque structura enuntiatorum effici. apud Herodotum autem vocabula singula ex epicis carminibus petita

---

[1]) De sermone pedestri scriptorum Graecorum egerunt in primis U. de Wilamowitz-Moellendorff, Über die Entstehung der griechischen Schriftsprachen (Verhandl. d. 32. Versamml. deutscher Philologen . . ., Wiesbaden 1877, p. 36–41); E. Zarncke, Die Entstehung der griechischen Literatursprachen, Leipzig 1890; E. Norden, Die antike Kunstprosa, Leipzig 1898.

inveniuntur[1]; dignus qui notetur parvus numerus eorum est; sed quia haec vocabula consulto usurpantur, non omnes loci pari modo idonei sunt ad usum eorum. philosophorum quoque Ionicorum, qui sermone pedestri utuntur, nonnulli interdum colorem poeticum et vocabula epica praebent, e. g. Pherecydes, Heraclitus, Protagoras (cf. Norden l. l.); in primis Democritus oratione vere poetica usus est[2]. quia autem vetustiorem linguam Ionicam non satis novimus, difficillimum est singula elementa poetica a sermone pedestri horum scriptorum seiungere. scriptores, qui Attica dialecto utuntur, verba epica paene omnino non adhibuerunt; Xenophon, cuius in libris G. Sauppe[3] 316 vocabula poetica invenit, sermonem e variis elementis compositum praebet, qui ab elocutione scriptorum Atticorum multum differt[4]; haec vocabula Xenophon vix e poetis Ionicis mutuatus est, sed in regionibus dialecti Ionicae, in quibus diu versatus est, accepit; nobis illa verba poetica videntur, quia dialectum Ionicam non satis novimus. consulto epicorum genus dicendi Plato solus Atticorum interdum imitatur[5]; cuius rei praecipue in dialogis postremis multa exempla exstant[6]. vocabula epica e Platonis dialogis Campbell contulit (l. l. vol. II p. 60). etiam formis Ionicis Plato utitur (cf. Campbell l. l. p. 56; Wackernagel, Die griech. Sprache [Kultur d. Gegenw. I. 8] p. 306); utrum autem terminationes -οισι -αισι, quae praecipue in dialogo de legibus occurrunt[7], recte in exemplis imitationis poetarum Ionicorum numerandae sint necne, decerni non potest, quia ratio, quae inter has terminationes et Atticas -οις -αις intercedit, nondum explanata

---

[1]) P. C. Hofer, Über die Verwandtschaft des herodoteischen Stiles mit dem homerischen, Progr. Meran 1878. (p. 13—18 vocabula enumerantur, quae Herodotus ex Homeri carminibus mutuatus est).

[2]) cf. G. Siefert, Plutarchs Schrift περὶ εὐθυμίας (Progr. d. Landesschule Pforta 1908), p. 6 et p. 27.

[3]) Xenophontis opera ed. G. Sauppe, vol. V p. 298. cf. etiam lexilogum Xenophonteum, Lips. 1868.

[4]) cf. Immisch (Neue Jahrbücher f. d. kl. Altertum ... V p. 410 sqq.); Thumb (ibidem XVII p. 262 sqq.).

[5]) cf. περὶ ὕψους XIII. 3; Hirzel, Der Dialog I p. 250.

[6]) Plato's Republic by Jowett and Campbell, vol. II p. 56 (Oxford 1894).

[7]) cf. C. Ritter, Untersuchungen zu Plato, Stuttgart 1888, p. 9.

est; Ritterus quidem terminationem -αισι Ionicam nominare non debuit.

At sermo poetarum epicorum primus, non unicus fons fuit, quo prosae orationis scriptores in elocutione sua exornanda utebantur; alter fons, tragicorum genus dicendi, ipse quoque verborum poeticorum copiam praebebat, quam Attici scriptores in usum suum convertebant. cuius rei auctor Gorgias fuisse videtur; in usu formarum, quae σχήματα dicuntur, in enuntiatorum structura aliisque rebus Gorgias id solum summa arte excoluit, quod ante eum iam alii, in primis Heraclitus, colere coeperant (cf. Norden l. l. p. 15—29); poetica verba autem, quibus orationem pedestrem exornabat, primus ex tragicorum sermone elato mutuatus est (cf. Norden p. 30—41). alii sophistae Gorgiae exemplum secuti sunt[1]. maxime autem nostra interest quaerere, qui Atticorum scriptorum, quorum libri ad aetatem nostram pervenerunt, tragicis vocabulis[2] usi sint. primus liber, qui exstat Attica dialecto scriptus, Pseudo-Xenophontis libellus de re publica Atheniensium, nulla Gorgiae auctoritatis vestigia prodit, sed linguam praebet ab omni ornatu poetico liberam, qua Athenienses, qui quidem eruditi fuerint, eis temporibus utebantur[3]. Thucydides, qui elocutione singulari utitur, nonnulla vocabula e tragicorum copia verborum assumpsit[4]. Antiphon sermonem cotidianae orationis similiorem praebet[5]; tamen Gorgiae exemplum imitatus vocabula tragica non repudiavit[6]. plura poetici coloris atque verborum tragicorum exempla invenimus in tetralogiis, quae sub Antiphontis nomine feruntur[7]. Andocides genus suum dicendi cotidianae

---

[1]) De Antiphonte sophista cf. E. Jacoby, De Antiphontis sophistae περὶ ὁμονοίας libro, Berol. 1908.

[2]) „Tragica vocabula" nominare liceat verba, quae tragicorum poetarum propria sunt.

[3]) cf. Blass, Die attische Beredsamkeit I[2] p. 277.

[4]) cf. Cyranka, De orationum Thucydidearum elocutione cum tragicis comparata, Vratisl. 1875.

[5]) Blass I p. 126.

[6]) Wilamowitz, Die griechische Literatur (Kultur d. Gegenwart I. 8) p. 63; vide etiam infra s. v. ὑπηρέτημα.

[7]) Blass tetralogias genuinas putat; Dittenberger ostendit eas non ab Antiphonte scriptas esse (Herm. XXXI p. 371 sqq.; XXXII p. 71 sqq.).

linguae propius nonnullis locis verbis e tragoediis petitis ornavit[1]). Lysiae autem orationes et a ceteris poeticis et a tragicis vocibus paene liberae sunt[2]). Isocrates prosam orationem summa arte excoluit atque sermonem sibi conformavit, quo idem efficere posset pedestris orationis vocabulis usus, quod scriptores priores vocabulis a poetis assumptis atque imitatione sermonis poetici effecerunt; Isocrates vocabula poetica aut tragica non adhibuit[3]); ipse praecepta dedit de verborum delectu: prosae orationis scriptoribus ὀνόματα πολιτικά adhibenda esse dicit; eos quoque, qui sermoni elatiori student, admonet, ut verba insueta evitent et pulcherrima tantum et usitatissima vocabula usurpent[4]). quibus praeceptis Isaeum[5]) et Demosthenem oboedire videmus. Demosthenes vocabulis raris et poeticis non utitur nisi eis locis, quibus materia tractata postulantur[6]). Hyperides atque Lycurgus praecepta Isocratis non tam diligenter sequuntur; Hyperidem etiam tragicorum sermonem imitari Blass demonstravit[7]). eodem modo in poeticis vocabulis, quae Blass ex Lycurgi oratione affert, tragica verba insunt[8]). Aeschines autem, qui vocabula poetica saepius adhibet, voces tragicas non usurpavit[9]). omnino desunt verba tragica in Dinarchi orationibus[10]). de Xenophontis sermone iam supra pauca dixi; vocabula tragica vix adhibuisse videtur; si qua nobis tragica esse videntur, semper considerandum est num ea fortasse e dialecto Ionica sumpserit; e. g. vocem ἀτημέλητος ante Xenophontem nusquam nisi apud Aeschylum (Ag. 882) legimus; τημελεῖν quoque saepe apud tragicos occurrit; tamen vox ἀτημέλητος apud Xenophontem fortasse rectius in Ionicis vocabulis ponitur; apud Hippocratem enim nomen substantivum τημελίη invenimus. Aristoteles sermone perlucido atque simplici usus rarissime tantum ut cetera poetica ita vocabula tragica usurpavit[11]).

---

1) Blass I p. 300 sq.
2) Blass I p. 407; sed vide infra s. v. κολαστής.
3) Blass II p. 133; Wilamowitz p. 69.
4) Blass II p. 114; Wendland, Anaximenes v. Lampsakus p. 44.
5) Blass II p. 500. 6) Blass III. 1 p. 93. 7) Blass III. 2 p. 33.
8) Blass III. 2 p. 124. 9) Blass III. 2 p. 227. 10) Blass III. 2 p. 325.
11) cf. Kaibel, Stil und Text der πολιτεία Ἀθηναίων des Aristoteles, Berlin 1893.

Videmus ergo apud scriptores Atticos verba tragica vel omnino non vel raro occurrere; Plato solus excipiendus est, quem epici quoque sermonis maximum imitatorem fuisse iam supra diximus ab antiquis recentibusque existimatoribus observatum esse. eodem modo atque epica philosophus tragica vocabula prosae orationi suae inseruit. elocutionem Platonis multa poetica et in primis tragici sermonis similia praebere mirandum non est, nam tota dialogorum natura poetica est; non sine causa Aristoteles dialogos in eundem fere ordinem refert atque carmina[1]). praecipue inter poesin scaenicam et dialogos artissima necessitudo intercedit[2]). Plato vixit in urbe, in qua poesis tragica praecipue colebatur, et adolevit eo tempore, quo tragoedia maxime floruit (cf. Hirzel, Dialog I p. 205); accedit quod ipse adulescens hanc poesin coluit; nam memoriae traditur eum tragoediam vel tetralogiam, quam scripserat, flammis mandavisse, ubi primum Socratis discipulus factus est[3]). quamquam posteris temporibus artem tragicorum magis quam ceterorum poetarum vituperavit, quia illo solo genere dicendi uterentur, quod ἰδέαν μιμητικήν nominat, et tragoedias e civitate sua excludit[4]), tamen posteris temporibus magis quam prioribus tragici sermonis granditatem imitatur[5]). philosophus se huic imitationi studere ipse quattuor locis leviter iocans dicit[6]):

1) Rep. III. 413 B verbo κλέπτομαι significationem tribuit, qua praeter eum Sophocles solus usus est; hunc usum vocis

---

[1]) Aristot. *περὶ ποιητικῆς* (p. 1447b 9—13).

[2]) cf. Hirzel, Der Dialog I p. 206 sq.

[3]) cf. Steinhart, Platos Leben pp. 72, 229 sqq., ubi veterum testimonia tractantur.

[4]) cf. Th. Heine, De ratione quae Platoni cum poetis Graecorum intercedit, qui ante eum floruerunt, Vrat. 1880; Georg Finsler, Plato und die aristotelische Poetik, Leipzig 1900, pp. 17 sq., 70 sqq.

[5]) Natorp (Archiv f. Philosophie I. Abteilung, Band 12 p. 47 sq.) putat Platonem sermoni poetico in posteris dialogis magis studere, quia *μίμησιν,* quam in prioribus summa arte adhibuit, hic dereliquit.

[6]) cf. Finsler, l. l. p. 217: „Heiter und humoristisch sind auch gewöhnlich die Hinweisungen auf die erhabene tragische Sprache gemeint.“ contra Heinius se ex duobus locis Rep. III. 413 B; Men. 76 D lenem cavillationem sermonis tragici sentire dicit (l. l. p. 34).

his verbis explicat: τραγικῶς . . . κινδυνεύω λέγειν. [totum locum infra s. v. κλέπτομαι uberius tractabo.]

2) Rep. VIII. 545 D ἢ βούλει, ὥσπερ Ὅμηρος, εὐχώμεθα ταῖς Μούσαις εἰπεῖν ἡμῖν „ὅπως δὴ πρῶτον στάσις ἔμπεσε“, καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας, ὑψηλολογουμένας λέγειν; quae verba spectant ad responsionem Musarum p. 546 A—547 C, qui locus non tam singulis vocabulis poeticis quam tota ratione dicendi colorem poeticum praebet.

3) Phaed. 115 A ἐμὲ δὲ νῦν ἤδη καλεῖ, φαίη ἂν ἀνὴρ τραγικός, ἡ εἱμαρμένη. Diels haec verba dicit: „einen halbpoetischen Ausdruck“ [1]). formam εἵμαρτο iam Homerus novit (Φ 281; ε 312; ω 34); forma autem, quae participium vocatur, tragici primi usi sunt: Aesch. Ag. 903 τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη θήσει δικαίως σὺν θεοῖς εἱμαρμένα. Soph. Trach. 169 τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα. frg. adesp. 352 (Nauck) εἱμαρμένον . . . ἐστί. sed forma ἡ εἱμαρμένη apud tragicos nusquam occurrit; prosae autem orationi non ignota est: iam ante Platonem exstat in Antiphontis oratione I § 21 πρὸ τῆς εἱμαρμένης . . . τὸν βίον ἐκλιπών. post Platonem invenimus hanc vocem apud Demosthenem, Hyperidem, Aristotelem, Polybium. quare vox poetica nominari non potest; sed in Platonis loco supra allato sermoni poeticus quidam color additur, cum fatum quasi persona voce viva praedita introducitur; quod sentiens Plato dicit: φαίη ἂν ἀνὴρ τραγικός; sed etiam cogitari potest philosophum ad versum fabulae deperditae alludere, in quo verba: „ἐμὲ δὲ νῦν ἤδη καλεῖ ἡ εἱμαρμένη“ aliquo modo disposita exstabant.

4) Men. 76 D ἐκ τούτων δὴ „σύνες ὅ τοι λέγω,“ ἔφη Πίνδαρος. ἔστιν γὰρ χρόα ἀπορροὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός. — Ἄριστά μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ταύτην τὴν ἀπόκρισιν εἰρηκέναι. — Ἴσως γάρ σοι κατὰ συνήθειαν εἴρηται· . . . τραγικὴ γάρ ἐστιν, ὦ Μένων, ἡ ἀπόκρισις, ὥστε ἀρέσκει σοι μᾶλλον ἢ ἡ περὶ τοῦ σχήματος. Diels ostendit [2]) tragicum responsionis colorem effici forma αἰσθητός, quae secundum tragicorum exemplum

[1]) Diels, Gorgias und Empedocles (Sitzungsber. d. Berl. Akad. der Wissensch. 1884, I p. 348).

[2]) l. l. p. 347 sq.

pro feminina αἰσθητή usurpatur; sed etiam vocem ἀπορροή, quae priore aetate nisi apud Empedoclem Euripidemque non occurrit, poeticum colorem prae se ferre dicit. at haec omnia non in Platonem cadunt, sed in Gorgiam; Diels enim ostendit Platonem hoc loco verba ipsa Gorgiae afferre[1]); in primis totum enuntiatum ἔστιν γὰρ . . . αἰσθητός Gorgiae tribuendum est[2]).

Plato ergo tribus locis dicit se ipsum et vocabula singula tragica usurpare et sermonem elatum praebere similem poetarum, in primis tragicorum elocutioni; quarto loco Gorgiam similia fecisse ostendit atque hunc tragicum sermonem Gorgiae imitatur. tragica verba in Platonis dialogis aliis quoque locis atque iis, quibus ipse dicit, occurrere nonnulli existimatores recentes iam observaverunt; antiqui, qui sententias plane ineptas de hac re proferunt, solum usum poeticorum vocabulorum, a quibus tragica non seiungunt, improbant[3]); recentium autem nemo hanc rem maiore cura ac studio dignam putavit praeter Lewisium Campbellum. qui vir doctissimus in praefatione ad Platonis Sophistam et Politicum dialogos, quos edidit Oxonii 1867, conscripta omnia vocabula congessit, quae aut his duobus dialogis solis peculiaria sunt aut praeter hos nusquam apud Platonem occurrunt nisi in Philebo, Timaeo, Critia, Legibus. in verbis, quae collegit, multa poetica, in primis tragica insunt; his vocabulis duas fere paginas implevit, sed satis habet ea litterarum ordine disposita enumeravisse; neque locos, quibus exstant, notat neque tragica verba ab epicis aut lyricis seiungit. in secundo volumine editionis Rei publicae Platonicae[4]), ubi de Platonis genere dicendi uberius egit, denuo verborum tragicorum, in primis quae in hoc dialogo occurrunt, magnum numerum congessit; quamquam ea separata habet ab epicis et lyricis, tamen testimonia hic quoque afferre noluit.

---

1) Diels l. l. p. 348: „Um den tragischen Stil des Gorgias zu kennzeichnen, schreibt er αἰσθητός."

2) Diels, Die Fragmente der Vorsokratiker² ° p. 555.

3) e. g. Longin. rhet. epitome I p. 324, 15 (Spengel) Πλάτωνος (αἰτιᾶται) . . . τὸν ποιητικώτερον ὄγκον τῆς πεζῆς διαλέκτου. Dionys. Hal. de Dinarcho 8.

4) Platos Republic by Jowett and Campbell, Oxford 1894.

Praeter Campbellum nemo hanc rem uberius tractavit[1]); solum in commentariis et ad Platonis dialogos et ad tragicorum fabulas conscriptis pauca obiter adnotata sunt de Platonis consuetudine tragicis vocabulis utendi; pauca iam Ruhnken collegit in editione Timaei lexici vocum Platonicarum; pauca adnotavit W. Schmid in libro „Der Atticismus in seinen Hauptvertretern“[2]).

Vocem ὄντως, qua Plato saepius utitur, Schanz[3]) iniuria tragicam esse putat; dicit eam ab Euripide formatam esse, ex quo hos locos affert: Ion 222, Hercules 1345, Iph. Aul. 1619. quibus addendum est fragmentum ex Euripidis Archelao excerptum (248, 2 Nauck): μισῶ γὰρ ὄντως οἵτινες φρονοῦσι μέν —. mihi quidem vox ὄντως linguae cotidianae tribuenda esse videtur; ab Euripide quidem formata esse vix potest; nam fabularum Euripidis, in quibus ὄντως occurrit, nulla ante annum 420 scripta est[4]); apud Aristophanem autem vocem legimus in fabula anno 423 acta: Nub. 86 ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῆς καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς, ὦ παῖ, πιθοῦ. hic locus Schanzium effugit, qui ὄντως apud Aristophanem non invenit nisi in Pluto fabula. Campbell contendit Aristophanem vocem non usurpavisse nisi „in burlesque of tragedy“ (Platos Republic vol. II p. 51); quod ut credam mihi persuadere non possum.

Sex alia vocabula Platonis A. Maier[5]) in tragicis numerare vult; sed solum de voce ἀκταίνω recte dixit[6]); quinque ceterae iam ante tragicos aliis scriptoribus in usu fuerunt: ἄγρυπνος exstat in corpore Hippocratico; ἀδαμάντινος et ἁβρότης apud Pindarum leguntur; verbo ἀέναος Hesiodus, vocabulo ἀθύρω Homerus usus est.

Nuperrime K. Witte in libro „Singular und Plural“ (Leipzig 1907) nonnullis exemplis ostendit Platonem etiam in usu numeri nominum substantivorum multo saepius quam ceteros

---

1) cf. W. Lutosławski, The origin and growth of Plato's logic, London 1907, p. 64—193.

2) Stuttgart 1887—1897.

3) Hermes XXI p. 439 sqq.

4) cf. Dieterich (Pauly-Wissowa, R. E. VI col. 1258 sq.).

5) Das Dichterische bei Platon, Progr. Krems a. d. Donau 1904.

6) cf. infra s. v. *ἀκταίνω*.

scriptores, qui elocutionem poeticam praebent, tragicorum rationem secutum esse[1]).

Haec sunt omnia, quae de tragicorum verborum apud Platonem usu quaesita inveni; qua ratione Plato voces tragicas adhibuerit nondum satis explanatum esse videtur. quare operae pretium esse videtur hanc rem accuratius perquirere atque huius quaestionis solvendae viam quidem indagare. duabus causis adducti Platonis scripta ad quaestionem de tragicorum verborum usu instituendam maxime idonea esse censemus:

1) Plato multo saepius quam ceteri scriptores Attici vocabula tragica usurpavit. 2) Plato haec vocabula consulto usurpavit, ut iam supra ostendi; quae res quaestionis fundamentum firmius reddit.

Fructum quoque duplicem quaestionis fore putamus: nam et ad Platonis dicendi rationem melius percipiendam et ad Graecae linguae copiam verborum qualis fuerit, quibus ex fontibus vocabula poetica in prosam orationem fluxerint, cognoscendam aliquantum valituram esse quaestionem nostram speramus.

Adhuc diximus de vocabulis tragicis a prosae orationis scriptoribus adhibitis; restat ut quaeramus, qualis copia verborum fuerit, qua tragici ipsi utebantur[2]). tragoediae sermonem ex variis elementis compositum esse omnibus persuasum est. tragici poetae lingua Attica utuntur, sed aliarum quoque dialectorum et formas et vocabula interdum adhibent: in deverbiis formas Doricas interdum, formas Ionicas rarissime invenimus; in canticis formae poesis lyricae et dithyrambicae occurrunt. vocabula Ionica in deverbiis exstant[3]), vocabula

---

[1]) Harum formarum apud Platonem usum Witte (l. l. p. 248—256) tragicorum auctoritati tribuit: a) *θρίξ, σφαγή*; b) *αἵματα, γάμοι, θάνατοι, πόθοι.*

[2]) cf. P. Menge, De poetarum scaenicorum Graecorum sermone, Gottingae 1905; W. Aly, De Aeschyli copia verborum, Berolini 1906; H. Wittekind, Sermo Sophocleus, Budingae 1895. Plures commentationes de sermone tragicorum enumerat W. Aly l. l. p. 1 sqq.

[3]) De vocabulis, quae scriptoribus Ionicis atque poetis tragicis communia sunt, sententiae plane contrariae prolatae sunt; vir doctissimus Rutherford (The new Phrynichus, London 1881, praefat.) haec verba priscae Atthidi, Wittekind (Sermo Sophocleus) dialecto Ionicae tribuerunt;

epica etiam in canticis; hic Dorica quoque leguntur. nos ea tantum verba respiciemus, quae tragicis solis familiaria sunt neque usquam ante eos occurrunt; vocabula, quae ante tragicos iam apud poetas epicos et lyricos aut apud scriptores Ionicos leguntur, procul habebimus. eodem modo omittemus voces cotidianae linguae proprias, quae apud tragicos inveniuntur; quae verba in his numeranda sint cognosci potest cum ex libris hoc sermone conscriptis [1]) tum ex comoediis Aristophanis, qui in primis in deverbiis sermonem adhibet, quo Athenis homines eruditi illis temporibus utebantur [2]); ei autem loci, quibus tragicorum rationem dicendi illudit, nobis optima testimonia tragicae elocutionis putanda sunt [3]). denique omnia verba praetermittemus, quae a tragicis primum adhibita iam ante Platonem a prosae orationis scriptoribus tam saepe usurpata sunt, ut poetico colore privata videantur [4]).

Quare ut certo iudicio in eligendis vocabulis tragicis uti liceret, non solum tragicorum fabulas fragmentaque perlegi eorumque copiam verborum cum Platonis sermone comparavi, sed omnium scriptorum, qui inter initia litterarum Graecarum et Platonis tempora floruerunt, libros qui exstant perquisivi; hoc spatium temporis non anno, quo Plato mortuus est, finivi, sed usque ad annum 322 a. Chr. n. produxi, quem annum viri docti initium aetatis hellenisticae dicere solent. in perquirendis scriptoribus hac ratione usus sum: quorum librorum

---

viam mediam atque ut equidem censeo rectam iniit W. Aly (l. l.), qui partem horum verborum dialecto Ionicae, partem priscae Atthidi vindicavit.

[1]) e. g. Pseudo-Xenophontis *Πολιτεία Ἀθηναίων* (vide supra p. 3).

[2]) cf. Rutherford l. l. p. 32; Kühner-Blass, Ausführl. Grammatik d. griech. Sprache I, 1³⁰ p. 32; P. Menge l. l. p. 4.

[3]) Hos locos collegit H. van de Sande-Bakhuyzen, De parodia in comoediis Aristophanis, Traiecti ad Rhenum 1877.

[4]) Dixerit quispiam nos in tragicis verbis eligendis nimis angustis finibus contineri. sed difficillimum est voces poeticas a verbis prosae orationis, vocabula Attica a vocibus aliarum dialectorum seiungere. quare ne in tam lubrica re labamur, pauca exempla certa afferre malumus quam multa dubia. etiam nunc dubitari potest, num Plato omnia verba, quae nobis tragica esse videntur, re vera tragicis debeat; nam semper memoria tenendum est nos verborum, quae priore aetate in usu erant, perexiguam tantum partem nosse, quia tot libri interierunt.

indices aut lexica exstant, quibus omnium verborum testimonia omnia afferuntur, textum non perquisivi, sed hos indices et lexica adhibui; quorum talia subsidia accuratissime confecta aut non exstant aut mihi non in manus venerunt, textum ipsum perlegi. en habes conspectum auctorum editionum indicum quibus usus sum.

Poetae epici.

Homeri Ilias Odyssea hymni: A. Gehring, Index Homericus, Lips. 1891. Appendix, Lips. 1895.

Batrachomachia: O. Ludwich, Die homerische Batrachomyomachia . . ., Leipzig 1896 (Index).

Hesiodus: Index Hesiodeus comp. J. Paulson, Lundae 1890.

Epicorum Graecorum fragmenta collegit G. Kinkel, Lips. 1877.

Oracula Graeca coll. Hendess (Dissertationes philologicae Halenses IV, 1880).

Poetae lyrici.

Pindarus: Rumpel, Lexicon Pindaricum, Lips. 1883.

Bacchylides: ed. Blass 3°, Lips. 1904 (Index).

Timotheus: Die Perser des Timotheus, hgg. von U. v. Wilamowitz, 1903 (Index).

Poetae Lyrici Graeci rec. Th. Bergk 4°, Lipsiae 1878, voll. II, III.

Anthologia lyrica ed. Hiller-Crusius, Lips. 1904.

Poetae tragici.

Aeschyli fabulae ed. Wecklein, Berolini 1885[1]; Aeschyli tragoediae rec. Sidgwick, Oxonii 1899.

Sophocles erklärt von Schneidewin-Nauck, Berlin 1888.

Euripidis fabulae edd. R. Prinz et N. Wecklein, Lips. 1899—1902[1]; rec. Murray I, II, Oxonii 1901.

Tragicorum Graecorum fragmenta rec. Nauck 2°, Lips. 1889. (Nauck, Tragicae dictionis index, Petropoli 1892.)

Poetae comici.

Aristophanes: Caravella, Index Aristophanicus, Oxonii 1822; Dunbar, A complete concordance to the com. and frg. of Arist., Oxford 1883.

---

[1]) Has editiones in versuum dinumeratione secutus sum.

Comicorum Atticorum fragmenta ed. Meineke. vol. V, Comicae dictionis index compos. H. Iacobi, Berol. 1857.

Comicorum Atticorum fragmenta rec. Kock, I—III, Lips. 1880—1888.

Comicorum Graecorum fragmenta ed. G. Kaibel, I, 1, Berol. 1899 (Index).

Scriptores historici.

Fragmenta historicorum Graecorum[1]) rec. C. Müller, vol. I, vol. II, 1. 2, Paris. 1874, 48.

Ctesiae fragmenta rec. C. Müller, Paris. 1862.

Fragmenta scriptorum de rebus Alexandri Magni ed. C. Müller, Paris. 1877.

Additamenta quoque ad Mülleri editiones inspexi, quae enumerare longum est.

Herodotus: ed. H. Stein, I, II, Berolini 1869.

Thucydides: Bétant, Lexicon Thucydideum, Genevae 1843.
Essen, Index Thucydideus, Berol. 1887.

Xenophon: Strack, Vollständiges Wörterbuch zu Xenophons Anabasis, Leipz. 1896.
Strack, Vollständiges Wörterbuch zu Xenophons Cyropaedie, Leipz. 1896.
Historia Graeca rec. O. Keller, Lips. 1890 (Index).
Agesilaus, Hiero: ed. G. Sauppe (Xenophontis opera V, Lips. 1870).
Apologia Socratis, Convivium, Oeconomicus: ed. Marchant (Xenophontis opera II, Oxonii).
Index in Xenophontis Memorabilia: confecerunt C. Gloth and M. Kellog (Cornell studies in classical philol., 1900).
Res publica Lacedaemoniorum rec. Pierleoni, Berol. 1905 (Index).
De reditibus libellus rec. Zurborg, Berol. 1876.
Hipparchicus rec. Cerocchi, Berol. 1901 (Index).
De re equestri rec. Tommasini, Berol. 1902 (Index).
G. Sauppe, Lexilogus Xenophonteus, Lips. 1868.

---

[1]) Ea tantum fragmenta et historicorum et ceterorum scriptorum perquisivi, quae verbotenus excerpta nobis tradita sunt.

Pseudo-Xenophontis[1]) Cynegeticus rec. Pierleoni, Berol. 1902 (Index).

" " Res publica Atheniensium rec. E. Kalinka, Viennae 1898 (Index).

Aeneas Tacticus rec. Hercher, Berol. 1870; rec. Hug, Lips. 1874.

Hellenica[2]): P. Oxy. V, London 1907.

Geographi.

Geographi Graeci minores ed. C. Müller, Paris. 1855.

Oratores.

Antiphon: Antiphontis orationes et fragmenta adiunctis Gorgiae Antisthenis Alcidamantis declamationibus ed. Blass 2°, Lips. 1881; J. Nicole, L'apologie d'Antiphon, Genevae 1907.

Andocides Lycurgus Dinarchus: Forman, Index Andocideus Lycurg. Dinarch., Oxonii 1897.

Lysias: D. H. Holmes, Index Lysiacus, Bonnae 1895.

Isaeus: ed. Thalheim 2°, Lips. 1903.

Isocrates: S. Preuss, Index Isocrateus, Lips. 1904.

Demosthenes: S. Preuss, Index Demosthenicus, Lips. 1892.

Aeschines: S. Preuss, Index Aeschineus, Lips. 1896.

Hyperides: ed. Blass 3°, Lips. 1894 (Index vocabulorum comp. H. Reinhold).

Fragmenta oratorum: Oratores Attici ed. Baiterus et H. Sauppius, vol. II, Turici 1845—1850.

Philosophi.

Poetae philosophi ed. Diels, Berol. 1901 (Poetar. Graec. fragm. vol. III, 1) (Index).

Die Fragmente der Vorsokratiker griech. und deutsch von Diels 2°, Berlin 1906/07.

Fragmenta philos. Graec. ed. Mullach, Paris. 1875—1881.

Platonis opera ed. M. Schanz, Lips. 1875 sqq.

---

1) cf. Radermacher (Mus. Rhen. 51 p. 596 sqq., 52 p. 13 sqq.).

2) Theopompus huius fragmenti auctor sit an Cratippus, adhuc sub iudice lis est.

Platonis opera rec. J. Burnet, I—V, Oxonii 1899—1906[1]).
Aristoteles: Index Aristotelicus ed. H. Bonitz, Berol. 1870.
" Πολιτεία Ἀθηναίων ed. Kenyon, Berol. 1903. (Supplement. Arist. III, 2). Indices compos. E. Neustadt.

Medici.

Fragmentsammlung der griech. Ärzte von Wellmann, I, Berlin 1901 (Index).

Hippocrates:[2]) ed. Littré, I—X, Par. 1839—1861; ed. Kühlewein, I, II, Lips. 1894, 1902.

Fragmenta, quae nuper reperta neque adhuc collecta sunt, in hac tabula non enumeravi; minime autem ea neglexi, sed perquisivi omnia quae commemoraverunt viri doctissimi

C. Haeberlin (Zentralblatt für Bibliothekswesen XIV, 1897).

Kenyon, Catalogue of literary papyri (Palaeography of Greek papyri, Oxford 1899, p. 129—148).

A. Gercke, Griechische Literatur (Bursians Jahresberichte, vol. 124, 1905).

W. Crönert, Literarische Texte mit Ausschluß der christlichen (Archiv f. Papyr. Forsch. I, II).

F. Blass, Literarische Texte mit Ausschluß der christlichen (ibid. vol. III).

Hoc modo satis operae in copia verborum prioris aetatis investiganda me posuisse puto. sed linguam quoque, quae κοινή dicitur, mihi minime neglegendam esse censui; nam et dialecti Ionicae et linguae vulgaris aetate priore pauca solum testimonia exstant; quare ne falso vocabula tragicis tribuamus, quae re vera aut vulgaris sermonis propria aut a tragicis e dialecto Ionica sumpta sunt, nobis posterioris aetatis lingua observanda est, quae et vulgaris elocutionis permulta testimonia praebet et plurima vocabula Ionicae dialecti servavit. accedit quod in lingua posteriore vocabula poetica, in his

---

[1]) Astii lexicon Platonicum solum adhibui ad numerum locorum quos congessi, examinandum eodem modo atque Dindorfii Ellendti Beckii aliorumque lexica Aeschylea Sophoclea Euripidea.

[2]) Maximam partem librorum corporis Hippocratici Wilamowitz inter annos 440 et 340 scriptam esse dicit (Kultur d. Gegenw. I. 8 p. 59); cf. Gomperz, Griechische Denker I p. 227.

etiam tragica, persaepe apud prosae orationis scriptores occurrunt. adhuc usus horum verborum apud illos scriptores studio atque imitationi poetarum antiquorum tribuebatur; cf. Kreling, De usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores, Traiecti ad Rhenum 1886; Goetzeler, De Polybii elocutione, Wirceburgi 1887; W. Schmidt, De Flavii Iosephi elocutione observationes criticae (Jahrbücher f. Phil. Suppl. XX, 1894, p. 341—550). hodie inter omnes constat scriptores posteriores haec verba non e poetis antiquis, sed e lingua vulgari suorum temporum sumpsisse; nam haec vocabula eodem modo in papyris occurrunt. Thumb[1]) contendit omnia haec verba aliquando dialecti Ionicae propria fuisse, e qua et in poetarum priorum sermonem et in posteriorem linguam vulgarem transisissent. Helbing[2]) putat nonnulla vocabula tragica ex Attica quoque dialecto in posteriorum dicendi usum irrepsisse. mea quidem sententia vocabula poetica prioris aetatis, quae temporibus serioribus in omnium ore sunt, seiungenda sunt ab eis, quae in posteriore quoque lingua raro atque locis singulis occurrunt; illa vocabula iam prioribus temporibus sermoni vulgari seu Atticae seu Ionicae dialecti in usu fuisse mihi persuasum est; his autem poeticum colorem minime abiudicandum esse censeo; nam paucis locis etiam a posterioribus vocabula vere poetica usurpata sunt. Thumb (Neue Jahrb. für das klass. Altertum . . . XVII p. 261) locum Luciani[3]) affert, qui historicos quosdam vituperat, quod verbis poeticis prosam orationem misceant. eodem modo in Graeca versione Veteris Testamenti et in libris Novi Testamenti vocabula vere poetica singulis locis occurrere negari plane non potest[4]), quamquam hi libri sermonem vulgarem praebent; nam qui Veteris Testamenti libros verterunt, perpaucis locis fortasse lingua Hebraica coacti sunt verbum poeticum Graecum adhibere, quia elocutionis vulgaris elementis locum Hebraicum exprimere non potuerunt. in primis

---

[1]) Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus, Straßburg 1901.

[2]) Grammatik der Septuaginta, Göttingen 1907, p. 125.

[3]) *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν* c. 22.

[4]) Hoc loco non de quarto Maccabaeorum libro dico, qui poeticis vocabulis abundat (cf. infra s. v. *καλλίπαις*).

in poeticis libris Veteris Testamenti hoc saepius accidisse verisimile est (cf. infra s. v. νᾶμα). de lingua auctorum Novi Testamenti Thumb dicit (Gr. Sprache im Zeitalter des Hellenismus p. 184): „... auch die vulgär schreibenden neutestamentlichen Autoren blieben nicht unberührt von der Literatursprache, ja nicht einmal unberührt von der Bewegung des Atticismus!“ in primis epistula ad Hebraeos et epistula Iacobi non communem linguam, sed sermonem elatiorem praebent (cf. Viteau, Étude sur le Grec du Nouveau Testament, Paris 1893, p. XXVI).

Sed non solum scriptores interdum poetico sermoni student; in papyris quoque vocabula poetica nonnullis locis consulto usurpantur: neminem effugere potest in papyris magicis voces vere poeticas hac ratione adhibitas esse (cf. Thumb, Die griech. Sprache p. 219; W. Schmid, Der Atticismus IV p. 635). in defixionum quoque tabellis, quae vulgarissimam elocutionem praebent, verba poetica inveniuntur (cf. Audollent, Defixionum tabellae praeter Atticas ..., Paris. 1904, 22, 4). etiam in scriptis magistratuum et in epistulis privatis vocabula vere poetica interdum occurrere Mayser[1]) ostendit; ne hoc quidem mirandum est; nam nostris quoque temporibus qui epistulam scribit, interdum vocibus poeticis consulto utitur seu elatiori seu iocoso sermoni studens. simili modo vocabula elata explicari possunt, quae in papyris et apud scriptores, qui linguam communem praebent, exstant: homines ineruditi non linguam, qua in loquendo utuntur, in scribendo quoque adhibent, sed elocutionem elatiorem appetunt[2]); scriptores, qui sermonem suum non diligenter colunt, facile in eligendis vocabulis labuntur. sed quaerat quispiam quibus ex fontibus homines has voces vere poeticas sumpserint? multa certe vocabula poetica memoria tenebant, quae in Homeri carminibus pueri in schola legerant (cf. Wunderer, Polybios-Forschungen II p. 30). vocabula tragica si non in fabulis ipsis, in florilegiis legere licebat, quorum plura in Aegypto reperta sunt[3]). poetae quoque posterioris aetatis, qui vocabula a prioribus

---

[1]) Gramm. d. griech. Papyri aus d. Ptolemäerzeit p. 24 sq.

[2]) cf. E. Schweizer, Grammatik der pergamenischen Inschriften, Berlin 1898, p. 23.

[3]) e. g. Berliner Klassikertexte V. 2, 20.

mutuati sunt, ea hoc modo hominibus illius aetatis tradiderunt.

Omnia quae hic exposui, ad voces vere poeticas pertinent, quae paucis tantum locis in lingua posteriore occurrunt; ea verba, quae in omnium ore erant, poetica esse non censeo, etiamsi priore aetate nusquam nisi apud poetas apparent.

Conspectum addam fontium, quibus usus sum in copia verborum linguae communis perquirenda; in tanta et multitudine et amplitudine eorum eos tantum adhibui, quorum indices et magis et minus accurate confecti mihi in manus venerunt.

LXX: Hatch and Redpath, A concordance to the Septuagint . . . , Oxford 1897.

NT: Ταμιεῖον . . . sive concordantiae omnium vocum Novi Test. Graeci cura C. H. Bruder, Lips. 1904.

Theophrastus[1]) ed. J. G. Schneider Saxo. vol. V, Index, Lips. 1821.

Archimedes rec. J. L. Heiberg. vol. III, Indices, Lips. 1881.

Polybius: J. Schweighäuser, Lex. Polybianum, Lips. 1795.

Aristeae epistula ed. P. Wendland, Lips. 1900 (Index).

Hero Alexandrinus vol. I ed. W. Schmidt, Lips. 1899; vol. III rec. H. Schöne, ibid. 1903 (Indices).

Vettius Valens ed. Kroll, Berol. 1908 (Index).

Atticistae qui dicuntur, mihi praetermittendi erant; quia enim scriptorum Atticorum sermonem imitantur, linguae communis testimonia fere nulla praebent; vocabula poetica, quae consulto[2]) usurpaverunt, aut a poetis ipsis mutuati sunt aut e lexicis Atticistarum[3]) sumpserunt, quae vocabula in primis tragicorum eodem modo in vocibus Atticis numerant atque vocabula scriptorum prosae orationis Atticorum (cf. W. Schmid, Atticismus I p. 206 sqq.). Plutarchum quoque praetermisi, quamquam Atticistis adscribi non potest; sed in scriptoribus linguae

---

[1]) Theophrastum in scriptoribus linguae communis ponendum esse H. Joachim ostendit (De Theophrasti libris *περὶ ζῴων*. Bonnae 1892).

[2]) cf. W. Schmid, Atticismus IV p. 266, adn. 18.

[3]) Quia haec lexica vocabulis Atticis voces linguae communis opponere solent, in fontibus huius linguae numeranda sunt; haec duo adhibui: 1. Phrynichus ed. Lobeck 1820; ed. Rutherford, London 1881 (The new Phrynichus). 2. Moeris ex recensione Im. Bekkeri, Berol. 1833.

communis eodem modo numerandus non est; tenet enim locum medium. verba poetica, quibus utitur, ex fontibus ipsis sumpsisse videtur, quippe qui tot poetas tam diligenter perlegerit (cf. W. Schmid, l. l. IV p. 642).

Papyrorum quam plurimas adhibere studui, quia ex eis lingua vulgaris aetatis recentioris optime cognosci potest. his editionibus usus sum[1]): P. Leid. I. II; P. Par; P. Petr. I. II; P. Lond. I—III; Rev. L.; P. Grenf. I; B. G. U. I—III; P. Oxy. I—VI; P. Fay; P. Amh. II[2]); P. Goodsp.; P. Tebt. I. II; P. Reinach.

Corpus papyrorum Raineri. Vol. I, Griechische Texte, hgg. von C. Wessely, Wien 1895 = C. P. R.

Berliner Klassikertexte III. Griechische Papyri medizinischen und naturwissenschaftlichen Inhalts bearb. von Kalbfleisch und Schöne, Berlin 1905.

The Hibeh Papyri part I. ed. by Grenfell and Hunt, London 1906 = P. Hib.

Griechische Urkunden der Papyrussammlung zu Leipzig. I. Band hgg. von L. Mitteis, Leipz. 1906 = P. Leipz.

Elephantine-Papyri, bearbeitet von O. Rubensohn, Berlin 1907.

Griechische Ostraka aus Ägypten und Nubien von U. Wilcken, I. II, Leipzig und Berlin 1899.

In copia verborum, quam tituli praebent, perquirenda usus sum indicibus, quos H. Schöne enumerat[3]), his tribus omissis, quos inspicere non potui: Latyschev, Inscriptiones antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini; Paton and Hicks, The inscriptions of Cos; Judeich, Inschriften von Hierapolis.

Denique per totam quaestionem adhibui Henrici Stephani Thesaurum linguae Graecae atque lexica Papii, Passowii, Kumanudis, Herwerdeni.

Fontes atque subsidia, quibus usus sum in quaestione instituenda, enumeravi; nunc ad rem ipsam nos vertamus. materiam hoc modo disposui: in priore capite vocabula

---

[1]) Editionum, quas Mayser quoque enumeravit (Grammatik der gr. Papyri aus der Ptolemäerzeit p. VII—X) sigla sola notavi; ceterarum titulos totos attuli.

[2]) Vol. I, quod papyros theologicas continet, mihi non in manus venit.

[3]) Repertorium griechischer Wörterverzeichnisse und Speziallexica. Leipzig 1907, p. IV, p. 13 sq.

enumerabo, quae tota tragici sermonis propria sunt; altero capite eas voces tractabo, quae nova significatione aut usu a prosa oratione alieno colorem tragicum praebent; in appendice collocavi ea verba tragica, quae in Platonis usum dicendi non transierunt, sed eis tantum locis occurrunt, quibus ad locos quosdam tragicorum alludit.

Caput I.

1. Nomina substantiva.

a) Nomina in syllabam -μα cadentia[1]).

Haec substantiva, quorum plurima exempla in lingua, quam κοινήν dicunt, exstant[2]), prioribus saeculis praecipue in dialecto Ionica occurrunt[3]); e. g. apud Herodotum 115 et in corpore Hippocratico 322 nomina in -μα inveni[4]). poetae epici et lyrici pauca exempla praebent; eo magis tragici haec substantiva coluerunt[5]). Glaser contendit tragicos haec vocabula ex Iade accepisse; quod in maiorem numerum revera cadere videtur; sed non parvam partem harum vocum a tragicis ipsis formatam esse Menge ostendit (l. l. p. 73 sq.). lingua, quae κοινή dicitur, longe plurima nomina in -μα certe Ionicae quidem dialecto debet; sed ex Attica quoque lingua eam nonnulla accepisse statuendum est; cf. Helbing l. l. p. 125: „Besonders zahlreich sind die Substantiva auf -μα, die zum Teil ionisch sein können, vgl. Thumb 217, Fränkel 225 sq.[6]), aber bereits im V. Jahrhundert fester Bestand des Attischen geworden waren, so daß sie als eigentliche Ionismen innerhalb der κοινή

[1]) cf. Lobeck, Paralipomena gramm. Graecae p. 391 sqq.

[2]) cf. Winer-Schmiedel, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms, Göttingen 1894, § 3, 2, e. Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus p. 216.

[3]) cf. Glaser, De ratione quae intercedit inter sermonem Polybii et eum, qui in titulis saeculi III. II. I. apparet, Gissae 1894, p. 58.

[4]) Nomina in -μα desinentia, quae ante annum 280 a. Chr. n. formata sunt, iam collegit A. W. Stratton (Studies in classical Philology II, Chicago 1899, p. 134 sqq.); sed permulta testimonia eum effugerunt; e. g. ex Hippocrate 65 tantum nomina in -μα affert.

[5]) cf. Menge, De poetarum scaenicorum Graecorum sermone p. 50—69.

[6]) E. Fränkel, Die griech. Denominativa in ihrer geschichtlichen Entwicklung und Verbreitung, Göttingen 1906.

nicht mehr gelten können." quare minime licet nomina in -μα, quae primum apud tragicos occurrunt, Ionicae dialecto tribuere propter eam tantum causam, quia in fontibus communis linguae exstant. iam vocabula singula afferamus.

ἄθροισμα. Plat. Theaet. 157 B δεῖ δὲ καὶ κατὰ μέρος οὕτω λέγειν καὶ περὶ πολλῶν ἀθροισθέντων, ᾧ δὴ ἀθροίσματι ἄνθρωπόν τε τίθενται καὶ λίθον καὶ ἕκαστον ζῷόν τε καὶ εἶδος. quamquam verisimile esse videtur Platonem ipsum hanc vocem perraram, qua hoc solo loco usus est, formavisse atque a verbo ἀθροίζειν duxisse, tamen non dubito eam in tragicis ponere; nam Plato in hoc nomine formando Euripidis exemplum imitatus esse videtur, praeter quem nemo priore aetate hoc vocabulo usus est: Or. 874 ἀστῶν δὲ δή τιν' ἠρόμην ἄθροισμ' ἰδών. in posteriore lingua hanc vocem semel inveni in LXX: I. Macc. 3, 13 καὶ ἤκουσε Σήρων . . . ὅτι ἤθροισεν Ἰούδας ἄθροισμα. huius quoque libri scriptor formam ἄθροισμα ipse videtur duxisse a verbo ἀθροίζειν, sed formavit eam spectans non ad Euripidis versum, sed ad immensum numerum ceterorum nominum in -μα, quae suis temporibus maxime vigebant.

ἑστίαμα. Plat. Leg. XI 935 A ἐμπιμπλὰς ὀργὴν κακῶν ἑστιαμάτων. Plato hanc sententiam sermone minus elato exprimere potuit e. g. voce ἔδεσμα usus, quae prosae orationis propria neque ignota philosopho fuit (cf. e. g. Tim. 73 A); sed verbum poeticum usurpare maluit, quod ante eum nemo nisi Euripides adhibuit: I. T. 386 ἐγὼ μὲν οὖν τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα ἄπιστα κρίνω.

κήδευμα. Plat. Leg. VI 773 B τὸν δ' ἐναντίως πεφυκότα ἐπὶ τἀναντία χρὴ κηδεύματα πορεύεσθαι. Leg. XI 926 B μαινόμενα κηδεύματα . . . λαμβάνειν. vox κήδευμα, quae his locis significat „Ehebündnis", ante Platonem apud tragicos solos occurrit, qui etiam verbum κηδεύειν primi significatione instruxerunt: „matrimonium contrahere". eodem sensu quo Plato Euripides vocabulum κήδευμα usurpavit: Med. 76 παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων. aliis locis tragici hanc vocem metonymia poetica de hominibus adhibent, ita ut κήδευμα idem significet atque κηδεστής[1]): sic apud Sophoclem Oedipus

[1]) cf. Sophocles erklärt von Schneidewin-Nauck, VIII. Bändchen: Anhang von E. Bruhn, Berlin 1899, p. 139. Menge, l. l. pp. 50. 61 sq.

Creontem appellat (O. R. 85): ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως. apud Euripidem Tyndareus exclamat (Or. 477): ὦ χαῖρε καὶ σύ, Μενέλεως, κήδευμ' ἐμόν. Hac ratione Plato vocem non usurpavit; ad affinem significandum eodem modo atque ceteri prosae orationis scriptores voce κηδεστής utitur. eam quoque significationem, qua Euripides vocem κήδευμα semel instruxit:

Or. 795 ΟΡ. ἕρπε νυν οἴαξ ποδός μοι. ΠΥ. φίλα γ' ἔχων κηδεύματα.

Plato non adhibuit; hoc enim loco κήδευμα active usurpatum significat: Pflege.

κινδύνευμα. Plat. Rep. V 451 A τοῦτο οὖν τὸ κινδύνευμα κινδυνεύειν. Leg. XII 969 A τὸ μέντοι κινδύνευμα οὐ σμικρὸν . . . ἂν εἴη. priore aetate nullus scriptor prosae orationis hac voce usus est; Thucydides pro hoc vocabulo vocem κίνδυνος adhibet: IV, 10 ὅσα γὰρ ἐς ἀνάγκην ἀφῖκται ὥσπερ τάδε, λογισμὸν ἥκιστα ἐνδεχόμενα κινδύνου τοῦ ταχίστου προσδεῖται. apud tragicos solos haec vox iam ante Platonem occurrit. Soph. Ant. 42 ποῖόν τι κινδύνευμα; O. C. 562 ὃς οἶδα καὐτὸς ὡς ἐπαιδεύθην ξένος ὥσπερ σύ, χὤς τις πλεῖστ' ἀνὴρ ἐπὶ ξένης ἤθλησα κινδυνεύματ' ἐν τὠμῷ κάρᾳ. Eur. I. T. 1001 τὸ κινδύνευμα γίγνεται καλόν Eur. frg. 194, 2 μὴ τὰ κινδυνεύματα ἀνεῖτε.

νᾶμα. haec vox persaepe apud Platonem occurrit; significat aquam his locis: Phaedr. 278 B τὸ Νυμφῶν νᾶμα. Criti. 111 D ἄφθονα κρηνῶν καὶ ποταμῶν νάματα. ibid. 112 C κρήνη δ' ἦν μία . . . , ἧς ἀποσβεσθείσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν τὰ νῦν νάματα μικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται. ibid. 117 A τῇ τοῦ ψυχροῦ καὶ τῇ τοῦ θερμοῦ νάματος . . . (sc. κρήνῃ) ἐχρῶντο. ibid. 118 E τὰ ἐκ τῶν διωρύχων ἐπάγοντες νάματα (opponuntur τὰ ἐκ Διὸς ὕδατα). Tim. 77 C τὸ σῶμα αὐτὸ ἡμῶν διωχέτευσαν τέμνοντες οἷον ἐν κήποις ὀχετούς, ἵνα ὥσπερ ἐκ νάματος ἐπιόντος ἄρδοιτο. Leg. VI 761 C συνάγοντες μεταλλείαις νάματα. ibid. VIII 844 A ὁ βουληθεὶς ἐπὶ τὸν αὑτοῦ τόπον ἄγειν ὕδωρ ἀγέτω μὲν ἀρχόμενος ἐκ τῶν κοινῶν ναμάτων.

Umorem νᾶμα hoc loco significat: Leg. VI 761 B τοῖς ὑποκάτωθεν ἀγροῖς τε καὶ τόποις πᾶσιν νάματα καὶ κρήνας ποιοῦσαι (sc. αἱ ἐκροαί).

De pluvia vox usurpatur: Leg. VIII 844 B τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα . . . νάματα. (sed cf. Criti. 118 E τὰ ἐκ Διὸς ὕδατα — τὰ ἐκ τῶν διωρύχων νάματα).

De nutrimento liquido: Tim. 80 D τὰ τῆς τροφῆς νάματα.

De vino, lacte, melle: Gorg. 493 E νάματα . . . σπάνια. — ibid. τῷ δ' ἑτέρῳ τά μὲν νάματα . . . δυνατὰ μὲν πορίζεσθαι, χαλεπὰ δέ . . .

Tralate νᾶμα usurpatur bis apud Platonem: Phaedr. 235 C λείπεται δὴ οἶμαι ἐξ ἀλλοτρίων ποθὲν ναμάτων διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με δίκην ἀγγείου. Tim. 75 E τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων.

Quomodo α longum vocis νᾶμα ortum sit nondum explanatum esse videtur; dicat quispiam vocem esse Doricam: apud tragicos, qui eam formavisse videntur, praecipue in deverbiis occurrit, quae multas formas Doricas praebere iam supra diximus; sed scriptoribus Doricis[1]) eodem modo atque Ionicis[2]) et Aeolicis plane deest atque Atticis solis in usu fuit, ut iam Wilamowitzius observavit (Euripides Herakles II² p. 139 sq.), qui vocem in Atticis numerat. Aly[3]) quoque vidit νᾶμα apud Atticos solos occurrere neque vocem in vocabulis certe Doricis ponere audet. fortasse νᾶμα ex νάεμα contractione ortum est pari ratione atque ναρός ex να-ερός[4]).

Tragici eodem modo atque Plato vocabulo νᾶμα plerisque locis aquam fluminum vel fontium significant:

Aesch. Prom. 831 οἳ χρυσόρρυτον οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου.

Aesch. frg. 300, 5 πᾶσα δ' εὐθαλὴς Αἴγυπτος ἁγνοῦ νάματος πληρουμένη.

Soph. Ant. 1129 Κασταλίας τε νᾶμα. frg. 825, 2 Ὑπέρεια κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον.

---

[1]) *νᾶμα*, quod libri manuscripti Theocriti carm. XXIV, 76 (Bucolici Graeci ed. U. de Wilamowitz, Oxonii, p. 67) praebent, forma hyperdorica est pro *νῆμα* i. e. filum (cf. Latinam vocem „nemen").

[2]) In Simonidis Cei fragmento 45 (= Hiller-Crusius 28) Bergk *νᾶμα* textui graviter corrupto inseruit, quamquam vox neque apud Simonidem neque apud ceteros lyricos usquam occurrit. quare si Bergkii coniecturam accipimus, nobis statuendum est Simonidem verbum *νᾶμα* ex Atticae dialecti scriptore sumpsisse; quod facile fieri potuit, nam e. g. Aeschylum, qui primus vocem *νᾶμα* adhibuit, et Athenis et Syracusis certe convenit.

[3]) De Aeschyli copia verborum, Berol. 1906, p. 5 sq.

[4]) cf. Wilamowitz, l. l. p. 140.

Eur. Herc. 573 Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται. Phoen. 101 παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰς Δίρκης τε νᾶμα. Bacch. 5 πάρειμι Δίρκης νάματ' Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ. Phoen. 932 Δίρκης ναμάτων ἐπίσκοπος. ibid. 659 νάματ' ἔνυδρα καὶ ῥέεθρα χλοερὰ δεργμάτων κόραισι πολυπλάνοις ἐπισκοπῶν. ibid. 126 Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάματα. Cycl. 96 νᾶμα ποτάμιον. Suppl. 520 ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι τὰ νάμαθ' οὕτως, εἰ 'πιταξόμεσθα δή. frg. 1083, 5 κατάρρυτόν τε μυρίοισι νάμασιν. Eur. Hypsipylae (P. Oxy. VI, London 1908, nr. 852) frg. 1 col. IV, 31 στ[ρ]ατῶν γὰρ ὑδάτων [ν]άματ' οὐ διϊπετῆ.

Etiam lacrimas tragici voce νᾶμα significant: Soph. Trach. 919 δακρύων ῥήξασα θερμὰ νάματα. Eur. Herc. 625 νάματ' ὄσσων μηκέτ' ἐξανίετε. Eur. Phoen. 369 ξένην πόλιν ναίω, δι' ὄσσων νᾶμ' ἔχων δακρυρροοῦν. Eur. I. Aul. 888 δακρύων νάματ' οὐκέτι στέγω (sic O. Hense; codd. LP τ' ὄμματ'). uno loco Euripides νᾶμα tralate usurpat Med. 1187 νᾶμα παμφάγου πυρός.

Tragico cuidam poetae etiam fragmentum tribuo, quod Kock ex verbis Aristidis (B. Keil XLIII, 25) recuperavit: Comicorum Atticorum fragmenta III p. 612 (frg. adesp. 1230) ὀρῶν ἔνοικοι ναμάτων τ' ἐπίσκοποι Νύμφαι. persimile enim est Euripidis locis supra allatis Phoen. 659, 932. si autem e comico poeta Aristides haec verba sumpsit, statuendum est illum vocem νᾶμα in tragico sermone imitando usurpavisse (cf. Kock ad locum: „potest tragoediae esse fragmentum, sed etiam comoediae παρατραγῳδούσης, cui nomen νᾶμα non prorsus inusitatum est").

Aristophanes quoque hac voce usus est in tragicorum elocutione elata imitanda: Eccl. 14 Βακχίου ... νάματος. totum huius fabulae initium tragoediarum prologorum parodiam esse constat[1]). Antiphanes quoque comicus hoc verbum tragicum bis adhibuit: Meineke III p. 27, 1 ξουθῆς μελίσσης νάμασιν δὲ συμμιγῆ μηκάδων αἰγῶν ἀπόρρουν θρόμβον ... ibid. p. 156 μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα. idem versus sub Timoclis nomine fertur (ibid. p. 613). Demosthenem hunc versum in iure iurando locutum esse Plutarchus memoriae tradidit (Vitae X oratorum p. 845 B). Kaibel[2]) coniecit Demosthenem hunc versum ex Archippi fabula sumpsisse, cui nomen erat „Ἰχθύες",

[1]) cf. Blaydes, Aristophanis Ecclesiazusae p. 107. H. van de Sande-Bakhuyzen l. l. p. 180.

[2]) Hermes XXIV p. 49 sqq.

Archippum hoc versu Aristophanis locum imitatum esse, qui exstat Av. 194 μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, ita ut Archippus voce tragica νᾶμα usus esset in comico versu imitando; Antiphanes et Timocles Demosthenis ius iurandum illuserunt (cf. Plut. l. l.). utrum Antiphanes loco priore poetam seu tragicum seu comicum imitatus sit an non, nescio. hoc quidem ex his locis cognoscitur comicos colorem tragicum verbi νᾶμα bene intellexisse atque eo propter hunc colorem libenter usos esse in sermone elato imitando aut illudendo.

Etiam in prosa oratione νᾶμα praeter Platonem occurrit: Pseud. Xenophontis cyneg. 5, 34 τὰ νάματα καὶ τὰ ῥεῖθρα. de huius libelli sermone disseruit Radermacher [Mus. Rhen. 51 (1896) p. 615 sqq.]. Xenophontem interdum verbis poeticis uti supra commemoravimus; auctorem huius libelli etiam saepius vocabula poetica sermoni suo immiscere Radermacher ostendit; e. g. ῥεῖθρον, quocum verbo νᾶμα hoc loco coniunctum est, poeticum colorem prae se fert[1]). Aristoteles quoque quattuor locis voce νᾶμα usus est[2]): de anim. gener. II p. 746 b 11; Polit. III p. 1276 a 39; ibid. VII p. 1330 b 4; b 16. sed in Aristotelis copia verborum νᾶμα sedem firmam obtinuisse non videtur; nam multo saepius quam νᾶμα apud eum vocabulum prosae orationis proprium ὕδωρ legitur. forma ναμάτιον apud Theophrastum invenitur; forma adiectiva ναματιαῖος in iure iurando exstat, quod Aeschines affert (II, 115)[3]). numquam vox νᾶμα prosae orationis scriptoribus familiare fuit; raro tantum adhibetur atque in sermone elato aut poetico solo[4]).

Hellenistica quoque aetate νᾶμα praecipue poetis in usu fuit; saepe legitur in carminibus, quae in titulis fontium incisa

---

[1]) exstat e. g. apud Homerum, Pindarum, tragicos; cf. in primis Eur. Phoen. 659.

[2]) Liber de mundo, in quo νᾶμα bis legitur, non ab Aristotele, sed ab ignoto auctore I. saeculi p. Chr. scriptus est; cf. Gercke (Pauly-Wissowa R. E. II col. 1046).

[3]) cf. Wilamowitz, l. l. p. 140.

[4]) cf. Wilamowitz, l. l.: „Dagegen ist es der attischen erhabnen Prosa nicht fremd", et paulo infra: „In diesen Verwendungen hat das Wort sich erhalten, doch nur in der obersten Schicht der Schriftstellerei. Von den Nachahmern bedienen sich seiner auch mit Vorliebe solche, welche hohen Stil anstreben".

erant: e. g. C. I. G. 2169; 3538; 3909; 5649 h; 6856; Inschriften v. Magnesia 252. apud prosae orationis scriptores, qui linguam adhibent, quae κοινή dicitur, duobus tantum locis νᾶμα inveni: LXX: Cantic. Cant. 8, 2 ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου. in hoc libro maxime poetico vocabulum poeticum occurrere certe nemini mirum videbitur; praeterea etiam vox Hebraica עָסִיס, quae in Graeca versione vocabulo νᾶμα exprimitur, poetis solis in usu fuit, ut amicus meus Guil. Wehse me docuit. Vettius Valens quoque semel νᾶμα usurpavit (ed. Kroll p. 244). quamquam hic scriptor linguam vulgarissimam praebet, tamen nemo est, qui ex hoc uno loco concludat vocem νᾶμα linguae communi tribuendam esse.

Tragicis vocem νᾶμα maxime familiarem fuisse ex eo quoque cognoscitur, quod etiam forma adiectiva ναρός (να -ερός) apud eos primum occurrit (Aesch. frg. 347; Soph. frg. 564); praeterea Sophocles formam singularem νάτωρ praebet: frg. 248 Ἴναχε νᾶτορ [sic Meineke; codices Dionysii Hal., qui fragmentum servavit (A. R. I, 25), praebent γεννᾶτορ].

νουθέτημα. Gorg. 525 C . . . ἄλλοι δὲ ὀνίνανται οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν Ἅιδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα. postrema pars Gorgiae dialogi sermone maxime elato atque poetico conscripta est; quare mirandum non est tragica quoque vocabula hic occurrere (cf. infra s. v. ἐξομόργνυμι). in his vox νουθέτημα numeranda est, quae ante Platonem nusquam nisi apud tragicos occurrit: Aesch. Pers. 831 πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένοι πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασιν. Soph. El. 343 ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα κείνης διδακτά. Eur. Phoen. 592 τῶν μακρῶν δ' ἀπαλλαγεῖσα νουθετημάτων μ' ἔα. Eur. frg. 962, 2 λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων, ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

Post Platonem quoque vocem in prosa oratione non invenimus nisi in LXX: Iob. 5, 17 νουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου. quia in ceteris fontibus linguae communis vox non occurrit, ex hoc uno loco minime concludendum esse puto eam sermonis communis propriam fuisse, praesertim cum hic locus in versione libri poetici exstet.

ὁμίλημα. Plat. Leg. V 730 B τὰ μὲν οὖν περὶ γονέας τε καὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ . . . διεληλύθαμεν σχεδὸν ὁμιλήματα. haec vox est: Umgang, Verkehr, Benehmen; aliis locis Plato voce usitatiore ὁμιλία utitur: e. g. Leg. I 640 B ἐν ἀνδρῶν ὁμιλίαις ἐχθρῶν ἐχθροῖς. vocabulum ὁμίλημα ante Platonem nusquam nisi in fragmento Euripidis graviter corrupto exstat: fr. 219 κόσμος δὲ σιγὴ στεγανὸς ἀνδρὸς οὐ κακοῦ· τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται, κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει. Herwerden vocem ὁμίλημα hic tuendam esse dicit (Mnemosyne N. S. XII p. 310: „in ὁμίλημα nil est quod iure vituperes.") atque tertium versum sic scribit: κακὸν δ' ὁμίλημ' ἐστ' ἔταις τε καὶ πόλει.

ὅπλισμα. Plat. Polit. 279 D τὰ . . . πρὸς τὸν πόλεμον ὁπλίσματα. ὁπλίσματα hoc loco sunt: Schutzwaffen. alio loco Plato idem notat vocabulo linguae communis proprio „τὰ ὅπλα" usus: Leg. XII 943 E τῆς τῶν κατὰ πόλεμον ὅπλων ἀποβολῆς. 944 A εἰ κομισθεὶς ἐπὶ σκηνὴν ἄνευ τῶν ὅπλων Πάτροκλος ἔμπνους ἐγένεθ', οἷον δὴ μυρίοις συνέπεσεν, τὰ δὲ πρότερα ἐκεῖνα ὅπλα . . . Ἕκτωρ εἶχεν, . . . ante Platonem Euripides solus hoc vocabulum adhibuit: Suppl. 714 αὐτός θ' ὅπλισμα τοὐπιδαύριον λαβὼν δεινῆς κορύνης διαφέρων ἐσφενδόνα. altero loco Euripides hanc vocem de tota classe usurpavit: I. Aul. 253 Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα ποντίας πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν σημείοισιν ἐστολισμένας.

παρακέλευσμα. Plat. Rep. III 407 B τὸ δὲ Φωκυλίδου παρακέλευσμα οὐδὲν ἐμποδίζει. Leg. III 688 A τὸ μὲν σφῷν ἦν παρακέλευσμα ὡς χρεὼν εἴη τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην πάντα πολέμου χάριν τὰ νόμιμα τιθέναι. Leg. V 729 B τὸ δ' ἔστιν οὐκ ἐκ τοῦ νῦν παρακελεύσματος τοῖς νέοις γιγνόμενον. Leg. XII 950 C διὸ καλὸν ταῖς πολλαῖς πόλεσι τὸ παρακέλευσμά ἐστιν, προτιμᾶν τὴν εὐδοξίαν. in voce παρακέλευσμα omnibus his locis littera σ a manu secunda codicis Paris. A addita est; Burnet omnibus locis παρακέλευμα scribit; Schanz σ recepit Leg. III 688 A et V 729 B. Schneider (ad Rep. III 407 B) dicit: „κέλευμα magis Atticum esse Etymologi p. 502 testimonio docet Hemsterhusius ad Aristophanis Plutum 1130". Lobeck eum hoc non iure dixisse ostendit[1]): formam κέλευμα Hemsterhusio quidem

[1]) Sophoclis Aiax p. 268.

elegantiorem visam esse, sed ab Etymologo minime confirmari; utram formam praeferendam esse putet Lobeck non dicit. Menge (l. l. p. 45) κελευσμός scribi iubet; nam vocalem ante ipsum suffixum -μος nominum verbalium exstare non posse; eadem de causa κέλευσμα praeferendum esse; librarios et editores, qui has formas mutavissent in κελευμός et κέλευμα, analogiam secutos esse nominum, quae ducta essent a verbis in -ευω, veluti δούλευμα a δουλεύω; cum talibus autem verbis vocabulum κελεύω coniungendum non esse. mihi quidem forma vocis ἀκέλευστος (e. g. Plat. Leg. XII 953 D; cf. infra s. v.) evincere videtur κέλευσμα scribendum esse, non κέλευμα.

Vox κέλευσμα ante Platonem non solum apud tragicos, sed etiam apud Herodotum et Thucydidem occurrit; vox παρακέλευσμα prosae orationis scriptoribus praeter Platonem plane ignota nusquam nisi apud Euripidem exstat: Suppl. 1155 λόγων δὲ παρακέλευσμα σῶν ἀέρι φερόμενον οἴχεται (sic codd. L et P praebent). I. T. 320 οὗ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν (sic LP). Hel. 1602 φόνῳ δὲ ναῦς ἐρρεῖτο· παρακέλευσμα δ' ἦν πρύμνηθεν Ἑλένης (sic LG).

πτέρωμα. Plat. Phaedr. 246 E τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστά γε τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα. in eodem dialogo Plato saepius pro πτέρωμα vocem minus elatam τὸ πτερόν adhibet: e. g. 246 D ἡ πτεροῦ δύναμις. 248 C ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις. vocabulum πτέρωμα ante eum non usurpatum est nisi ab Aeschylo frg. 139 ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν κλέος, πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·

In corpore Aristotelico πτέρωμα saepius occurrit, sed nusquam nisi in libello de coloribus, qui falso Aristoteli tributus re vera III. saeculo scriptus esse videtur; cf. Gercke (Pauly-Wissowa R. E. II col. 1046). in genuinis Aristotelis scriptis eodem modo atque apud alios prosae orationis scriptores vocabulum τὸ πτερόν solum usurpatur.

πύκνωμα. Plat. Rep. VII 531 A . . . τὰς γὰρ ἀκουομένας αὖ συμφωνίας καὶ φθόγγους ἀλλήλοις ἀναμετροῦντες ἀνήνυτα . . . πονοῦσιν·

Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, καὶ γελοίως γε, πυκνώματ' ἄττα ὀνομάζοντες καὶ παραβάλλοντες τὰ ὦτα, οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι, οἱ μέν φασιν ἔτι κατακούειν ἐν μέσῳ τινὰ ἠχὴν καὶ σμικρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα, ᾧ μετρητέον, οἱ δὲ ἀμφισβη-

τοῦντες ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένων, ἀμφότεροι ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενοι. quia hoc loco de quaestionibus musicis agitur, credat quispiam Platonem vocem rarissimam πύκνωμα, qua duorum sonorum intervallum quam minimum significat, e musico quodam scriptore mutuatum esse. certe talium scriptorum iam ante Platonem nonnulli libros ediderunt; quamquam eorum ne fragmenta quidem ad aetatem nostram pervenerunt, tamen facile cognosci potest utrum eis vocabulum πύκνωμα iam in usu fuerit necne; si enim hanc vocem adhibuissent, posteriores musici scriptores, quorum libros nos legimus, eam non oblivioni tradidissent, sed diligenter servavissent ac saepe usurpavissent. in horum autem libris vox πύκνωμα plane desideratur; omnes vocabulo τὸ πυκνόν utuntur ad intervallum quam minimum significandum[1]); cf. Aristoxenus Elem. harm. (ed. Marquard p. 34, 3) πυκνὸν δὲ λεγέσθω τὸ ἐκ δύο διαστημάτων συνεστηκός, ἃ συντεθέντα ἔλαττον διάστημα περιέξει τοῦ λειπομένου διαστήματος ἐν τῷ διὰ τεσσάρων. Schneider (ad Platonis Rep. VII 531 A) coniecit ante Aristoxenum intervalla illa minora, quae Aristoxenus ceterique πυκνά appellant, a quibusdam πυκνώματα dicta esse. quod si verum esset, statuendum esset non solum Platonem, sed etiam musicos posteriores, Aristoxenum ceterosque, hoc vocabulum usurpaturos fuisse; sed hi omnes πυκνόν praebent; Plato solus πύκνωμα adhibet. e Platone vox πύκνωμα in usum dicendi musicorum non transiit; nam hi tale artis musicae vocabulum apud Platonem exstare opinati non sunt, qui obiter solum de quaestionibus musicis disserit. quare mihi certum esse videtur Platonem hoc loco pro vocabulo πυκνόν musicorum proprio consulto nomen aliud usurpavisse, quod non ipse formavit, sed iam ab Aeschylo formatum invenit: Suppl. 240 ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ' ἀνελληνόστολον πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι χλίοντα προσφωνοῦμεν; hic πύκνωμα usurpatur de veste densa.

Alio loco Plato pro vocabulo πύκνωμα vocem πυκνότης prosae orationis propriam adhibuit (Leg. VII 812 D).

---

[1]) cf. Musici scriptores Graeci rec. Carolus Ianus, Lips. 1895 (Index verborum). Vetter, Specimen lexici in musicos Graecos, Programm Meißen 1861. Idem, Additamenta ad H. Stephani Thesaurum linguae Graecae ex musicis Graecis excerpta, Programm Zwickau 1867/68.

ὑπηρέτημα. Plat. Euthyd. 282 B ὁτιοῦν ἐθέλοντα ὑπηρετεῖν τῶν καλῶν ὑπηρετημάτων. Leg. VI 763 A τοῖς ἐκείνων ἐπὶ τὰ ἴδια χρήσονται ὑπηρετήματα διακόνοις. voces ὑπηρεσία, ὑπηρέσιον, ὑπηρέτης, ὑπηρετικός, ὑπηρετεῖν prosae orationi tribuendae sunt; nomen ὑπηρέτημα solum poeticum colorem prae se fert; ante Platonem exstat nusquam nisi apud Sophoclem: El. 1357 ὦ φίλταται μὲν χεῖρες, ἥδιστον δ' ἔχων ποδῶν ὑπηρέτημα, et in Antiphontis oratione prima. Antiphontem verbis tragici coloris uti iam supra diximus; ex hoc loco cognosci potest quo auctore hoc fecerit: dicit enim § 15 εἶναι φάσκουσα αὐτῆς μὲν τοῦτο εὕρημα, ἐκείνης δ' ὑπηρέτημα. Gorgiae auctoritatem in his verbis agnoscere mihi videor[1]; Gorgiam primum tragicis vocabulis consulto usum esse supra commemoravimus; quare hic locus prosae orationis scriptoris testimonium videtur esse tragici coloris vocis ὑπηρέτημα.

b) Nomina substantiva variis modis formata.

α) αὐτανεψιός, βουφορβός, δεσπότις[2].

αὐτανεψιός. Plat. Euthyd. 275 A ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς τοῦ Ἀλκιβιάδου παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου. vocabulum ἀνεψιός, quod significat „patruelis" aut „matruelis", iam inde ab Homero apud omnes fere scriptores exstat; Plato quoque eo novies utitur. hanc vocem in primis cotidianae linguae propriam fuisse fontes κοινῆς διαλέκτου ostendunt: occurrit enim in LXX ter, in Novo Testamento semel; persaepe in titulis (e. g. Collitz-Bechtel III, 2. nr. 5398, 29; Dittenberger, Or. Gr. inscr. sel. 544, 7) et in papyris (e. g. B. G. U. II. 378, 14; P. Amh. II. 74, 10; P. Tebt. II. 323, 12; P. Oxy. I. 99, 3, 18; III. 490; al.). formam autem cum vocula αὐτός compositam neque posteriore neque priore aetate usquam prosae orationis propriam inveni; tragici soli eam adhibebant. Aesch. Suppl. 943 πῶς φῶ; πρὸς τίνος ἀφαιρεθεὶς ἥκειν γυναικῶν αὐτανεψιὸν στόλον; ibid. 994 καί μου τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς

---

1) Velim animadvertas *ἰσόκωλα* et *ὁμοιοτέλευτα*.

2) Vocabula quae sub littera b tracto, non secundum terminationes disposui, quia hic pauca tantum proferre possum, quae uno eodemque modo formata sunt; sed in his verbis disponendis significationis et usus rationem habui.

ἐγγενεῖς φίλους πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψιοῖς. Eur. Heraclid. 211 αὐτανεψιῶν πατὴρ ἂν εἴη σός τε χὠ τούτων γεγώς. ibid. 987 ἤδη γε σοὶ μὲν αὐτανεψιὸς γεγώς, τῷ σῷ δὲ παιδὶ συγγενὴς Ἡρακλέει. [Eur.] Rhes. 944 Ὀρφεύς, αὐτανεψιὸς νεκροῦ τοῦδ' ὃν κατακτείνεις σύ.

βουφορβός. Plat. Polit. 261 D ἀλλ' οὐ μὴν τόν γε πολιτικὸν εὑρήσομεν ἰδιοτρόφον, ὥσπερ βοηλάτην ἤ τινα ἱπποκόμον, ἀλλ' ἱπποφορβῷ τε καὶ βουφορβῷ μᾶλλον προσεοικότα. 268 A αὐτὸς τῆς ἀγέλης τροφὸς ὁ βουφορβός, αὐτὸς ἰατρός. aliis locis Plato voce βουκόλος utitur eodem modo atque alii prosae orationis scriptores; hanc vocem nomen usitatum bubulci fuisse testimonia sermonis vulgaris docent (cf. U. Wilcken, Gr. Ostraka I p. 689), quorum pauca tantum affero: auct.: Hero Alex. I p. 328 ed. Schmidt. tit.: I. G. XIV. 2045 Τρόφιμος βουκόλος. Inschriften von Pergamon 485, 1, 7. pap.: P. Fay. 298; P. Leipz. 97; B. G. U. I. 35, 8; C. P. R. 189; P. Goodsp. 30, 9, 1. ostr.: Wilcken nr. 1184. in titulis Pergamenis etiam vox ἀρχιβουκόλος occurrit (485, 3 al.). vocabulum autem βουφορβός in prosa oratione praeter Platonem nusquam exstat, sed tragico sermoni proprium est: Eur. I. T. 236 καὶ μὴν ὅδ' ἀκτὰς ἐκλιπὼν θαλασσίους βουφορβὸς ἥκει σημανῶν τί σοι νέον. El. 252 σκαφεύς τις ἢ βουφορβὸς ἄξιος δόμων. vim adiectivam vox his locis Euripidis praebet: I. T. 264 νεανίας βουφορβός. ibid. 462 βουφορβὸς ἀνήρ.

Euripides vocabulum βουκόλος saepius adhibuit quam βουφορβός; hoc fortasse metro versuum coactus usurpavit; nam βουκόλος non eundem locum in trimetro iambico tenere potest quem βουφορβός. Plato autem vocem βουφορβός adhibuisse videtur propter formam similem vocis ἱπποφορβός, quacum priore loco coniuncta est; ἱπποφορβός ante Platonem neque apud tragicos neque alibi exstat.

δεσπότις. forma feminina vocabuli δεσπότης inde ab Homero apud prosae orationis scriptores et apud poetas δέσποινα est; Plato quoque eam saepius adhibuit tribus locis exceptis, quibus voce tragica δεσπότις utitur: Polit. 305 A τίν' οὖν ποτε καὶ ἐπιχειρήσομεν οὕτω δεινῆς καὶ μεγάλης τέχνης συμπάσης τῆς πολεμικῆς δεσπότιν ἀποφαίνεσθαι πλήν γε δὴ τὴν ὄντως οὖσαν βασιλικήν; Tim. 34 C ὁ δὲ . . . πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο . . . Leg. III 698 B δεσπότις ἐνῆν τις αἰδώς, δι' ἣν δουλεύοντες τοῖς

τότε νόμοις ζῆν ἠθέλομεν. [quo cum loco velim conferas Leg. VIII 841 A εἴη δ' ἂν τοῦτο, εἰ ἀναίδεια μὴ ἐνείη τῇ τῶν ἀφροδισίων χρήσει· σπανίῳ γὰρ αὖ τῷ τοιούτῳ δι' αἰσχύνην χρώμενοι ἀσθενεστέραν ἂν αὐτὴν δέσποιναν κτῷντο ὀλιγάκις χρώμενοι]. formam δεσπότις ante Platonem nusquam nisi apud tragicos invenimus.

Soph. Tr. 405 πρὸς τὴν κρατοῦσαν Δηιάνειραν . . . δεσπότιν τε τὴν ἐμήν. El. 597 καὶ σ' ἔγωγε δεσπότιν ἢ μητέρ' οὐκ ἔλασσον εἰς ἡμᾶς νέμω.

Eur. Alc. 948 οἳ δὲ δεσπότιν στένωσιν οἵαν ἐκ δόμων ἀπώλεσαν. Med. 17 προδοὺς γὰρ αὑτοῦ τέκνα δεσπότιν τ' ἐμὴν γάμοις Ἰάσων βασιλικοῖς εὐνάζεται. ibid. 694 γυναῖκ' ἐφ' ἡμῖν δεσπότιν δόμων ἔχει. ibid. 970 πατρὸς νέαν γυναῖκα, δεσπότιν δ' ἐμήν, ἱκετεύετε. [Euripidis fragm. spurium 1132, 53 τίς δεσπότιν ἐμὴν Δανάην βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;].

Fragmentum tragici poetae P. Oxy. II. CCXIII b col. I, 9 . . . πάντ]α γὰρ τροχοῦ δίκην ἡγο[υμένη τις δεσπ]ότις κυκλεῖ τύχ[η. Apertum est tragicos hanc formam usurpavisse metro versuum coactos: si syllaba secunda vocis in thesi erat, forma δεσπότις sola ponenda erat. posteriori linguae forma δέσποινα in usu fuit, ut tituli (e. g. I. G. IX fasc. 2. 1201, 7) et papyri docent (e. g. B. G. U. I. 55 col. II, 5; 118, I, 10; 312, 2; B. G. U. II. 493 col. II, 8; B. G. U. III. 737, 2; al.; P. Oxy. I. 49, 4; 123, 22). quare mirandum est semel formam δεσπότις occurrere in papyro I. saec. p. Chr. n.: P. Oxy. I. 48, 7 ὑπὸ τῆς αὐτῆς δεσποτίδος. sed cf. ibidem 49, 4 ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ δεσποίνης. in utraque papyro agitur de servis liberandis.

β) κολαστής, διαφθορεύς.

Haec duo substantiva prosae orationis scriptoribus in usu non fuerunt; hi enim idem significant formis verborum κολάζειν, διαφθείρειν usi; pro his verbis nomina substantiva ab eis ducta adhibere tragici sermonis proprium est.

κολαστής. Plat. Leg. IX 863 A οὕτω δὴ τῶν τοιούτων πέρι νομοθέτῃ κολαστὴν τῶν ἁμαρτημάτων θάνατον ἀνάγκη νέμειν. Plato hoc loco mortem κολαστήν dicit; ante eum tragici primi hanc vocem usurpaverunt. primum tres tragicorum locos afferam, qui similem sententiam praebent atque Platonis verba.

Critiae frg. 1, 5 (Nauck p. 771) κἄπειτά μοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι νόμους θέσθαι κολαστάς.

Soph. O. C. 438 κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων.

Frg. adesp. 412 (Nauck, p. 918) δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς.

Hi sunt ceteri loci: Aesch. Pers. 829 Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς.

Eur. Heracl. 387 ἀλλά τοι φρονημάτων ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων. Soph. El. 1460 ὡς εἴ τις ἀστῶν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος ἐξῄρετ' ἀνδρὸς τοῦδε, νῦν ὁρῶν νεκρὸν στόμια δέχηται τἀμὰ μηδὲ πρὸς βίαν ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχὼν φύσῃ φρένας. O. R. 1147 ἆ, μὴ κόλαζε, πρέσβυ, τόνδ', ἐπεὶ τὰ σὰ δεῖται κολαστοῦ μᾶλλον ἢ τὰ τοῦδ' ἔπη. Soph. frg. 490 κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν.

Eur. Suppl. 253 οὔτοι δικαστήν σ' εἱλόμην ἐμῶν κακῶν οὐδ', εἴ τι πράξας μὴ καλῶς εὑρίσκομαι, τούτων κολαστὴν κἀπιτιμητήν, ἄναξ, ἀλλ' ὡς ὀναίμην. ibid. 340 ἔθος τόδ' εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην, ἀεὶ κολαστὴς τῶν κακῶν καθεστάναι.

Prosae orationis scriptores non utuntur nisi formis verbi κολάζειν; duobus tantum locis praeter Platonem nomen substantivum in sermone pedestri exstat; Gorgias, quem tragicis verbis saepissime usum esse iam diximus, vocem κολαστής usurpavit in fragmento epitaphii, quod sermonem maxime elatum praebet: frg. 6 (Diels, Fragm. d. Vorsokr. II² p. 557, 20) θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων. Lysias quoque vocem κολαστής semel adhibuit, quamquam plerisque locis sermonem a poeticis elementis liberum praebet: 27, 3 καίτοι τίνα χρὴ ἐλπίδα ἔχειν σωτηρίας, ὁπόταν ἐν χρήμασιν ᾖ καὶ σωθῆναι τῇ πόλει καὶ μή, ταῦτα δὲ οὗτοι, φύλακες ὑφ' ὑμῶν καταστάντες, οἱ τῶν ἀδικούντων κολασταί, κλέπτωσί τε καὶ καταδωροδοκῶσι. fortasse Lysias ad locum Gorgiae spectavit; sermonem quidem praebet simili modo elatum; quare minime statuere licet verbum κολαστής Lysiae temporibus cotidianae linguae proprium fuisse.

διαφθορεύς. Plat. Crit. 53 B διαφθορέα ἡγούμενοι τῶν νόμων. 53 C νόμων διαφθορεύς. ibid. νέων γε καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων διαφθορεύς. Haec vox ante Platonem nisi apud Euripidem non occurrit: Hipp. 682 ὦ παγκακίστη καὶ φίλων διαφθορεῦ. Aliis locis Plato eodem modo atque ceteri prosae

orationis scriptores forma verbi διαφθείρω, quae participium vocatur, utitur: e. g. Apol. 34 A βοηθεῖν . . . τῷ διαφθείροντι. Leg. IX 864 D κείμενα περὶ . . . τῶν τοὺς νόμους διαφθειρόντων.

γ) Reliqua substantiva.

κάκη. Plato hac voce utitur et ad pravitatem et ad ignaviam significandam; illam significationem his locis usurpat: Phaedr. 247 B βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων. Leg. V 737 B οὐκ ἀνθρώπινος ἂν εἴη μετὰ κάκης πάσης ἀμαθία. VIII 840 C ἐπειδὴ . . . διὰ κάκην δὲ τὴν τῶν πολλῶν εἰς ἀπορίαν ἐπέσομεν. IX 856 C δεῖ δεύτερον ἡγεῖσθαι τὸν τοιοῦτον πολίτην κάκῃ. IX 880 E ὥστε μὴ ἐπὶ πᾶσαν ἰέναι κάκην. X 908 E τοὺς μὲν ὑπ' ἀνοίας ἄνευ κάκης ὀργῆς τε καὶ ἤθους γεγενημένους εἰς τὸ σωφρονιστήριον ὁ δικαστὴς τιθέμενος νόμῳ τιθέσθω μηδὲν ἔλαττον ἐτῶν πέντε. XI 916 D προοίμιον δέ, καθάπερ ἄλλων νόμων, δεξώμεθα καὶ περὶ ὅλης ταύτης τῆς κάκης. XI 921 A ἂν δή τις δημιουργῶν εἰς χρόνον εἰρημένον ἔργον μὴ ἀποτελέσῃ διὰ κάκην . . . XI 937 E ταῦτα οὖν τοιαῦτα ὄντα διαβάλλει τις κάκη. pravitatem prosae orationis scriptores vocibus κακία et πονηρία notare solebant, quibus vocabulis Plato quoque utitur; vox κάκη autem ante eum Euripidi soli in usu fuit: Eur. Hipp. 1334 τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης. Andr. 966 ἐμὴ γὰρ οὖσα πρὶν σὺν τῷδε ναίεις ἀνδρὶ σοῦ πατρὸς κάκῃ. frg. 297, 1 ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη.

Ad ignaviam quoque significandam Plato nonnullis locis voce tragica κάκη utitur; saepius vocabulum prosae orationis proprium δειλία adhibet. κάκη his locis exstat: Phaedr. 273 C ὁ δὲ οὐκ ἐρεῖ δὴ τὴν ἑαυτοῦ κάκην. Menex. 246 B . . . μὴ λείπειν τὴν τάξιν τὴν τῶν προγόνων μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ. Rep. V 468 A τὸν λιπόντα τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα ἤ τι τῶν τοιούτων ποιήσαντα διὰ κάκην. Leg. XII 943 A ἐὰν δέ τις ἐκλείπῃ τινὶ κάκῃ . . . ibid. 944 C ζωὴν αἰσχρὰν ἀρνύμενος μετὰ κάκης μᾶλλον ἢ μετ' ἀνδρείας καλὸν καὶ εὐδαίμονα θάνατον.

Hanc quoque vocis significationem ante Platonem apud tragicos primum usurpatam invenimus: Aesch. Sept. 174 καὶ νῦν πολίταις τάσδε διαδρόμους φυγὰς θεῖσαι διερροθήσατ' ἄψυχον κάκην. ibid. 602 δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις, οὐχ ὡς ἄθυμον οὐδὲ λήματος κάκῃ . . . Eur. Med. 1051 ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, τὸ καὶ προσέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί. I. T. 676 καὶ

δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι Ἄργει τε Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί.

Praeter tragicos Aristophanes quoque semel hac voce usus est: Av. 540 ὡς ἐδάκρυσα γ' ἐμῶν πατέρων κάκην, οἳ τάσδε τὰς τιμὰς προγόνων παραδόντων ἐπ' ἐμοῦ κατέλυσαν. hoc quoque loco vox significat „ignavia" (cf. Kock ad. l.); sed ex hoc uno loco minime concludere licet eam linguae cotidianae propriam fuisse; nam hoc loco (versus chori sunt) Aristophanes elocutionem elatam tragicorum imitari videtur. recentioris quoque aetatis linguae communi non vocem κάκη, sed vocabulum κακία in usu fuisse Moeris testatur: p. 201, 5 (ed. Bekker) κάκη ὡς Πλάτων, Ἀττικοί, κακία Ἕλληνες. quare vocem, quae apud tragicos septem locis, apud comicos semel occurrit, tragico sermoni tribuere malumus quam comico.

μαργότης. Plat. Tim. 72 E τὴν ἐσομένην ἐν ἡμῖν ποτῶν καὶ ἐδεστῶν ἀκολασίαν ᾔδεσαν οἱ συντιθέντες ἡμῶν τὸ γένος, καὶ ὅτι τοῦ μετρίου καὶ ἀναγκαίου διὰ μαργότητα πολλῷ χρησοίμεθα πλέονι. haec vox, quam Plato de cupiditate insana usurpavit, ante eum nusquam exstat nisi apud tragicos. Soph. frg. 762 οὐ κόσμος, οὔκ, ὦ τλῆμον, ἀλλ' ἀκοσμία φαίνοιτ' ἂν εἶναι σῶν τε μαργότης φρενῶν. Eur. Andr. 947 ἣ μέν τι κερδαίνουσα συμφθείρει λέχος, ἣ δ' ἀμπλακοῦσα συννοσεῖν αὑτῇ θέλει, πολλαὶ δὲ μαργότητι — κἀντεῦθεν δόμοι νοσοῦσι ἀνδρῶν.

δύσνοια. Plat. Theaet. 151 C οὐκ οἴονταί με εὐνοίᾳ τοῦτο ποιεῖν, πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώποις, οὐδ' ἐγὼ δυσνοίᾳ τοιοῦτον οὐδὲν δρῶ. prosae orationis scriptores malevolentiam notant voce κακόνοια (e. g. Lysias, Isocrates, Demosthenes; Xenophon); Plato eam repudiat atque vocabulum δύσνοια usurpat, quo ante eum nemo praeter tragicos usus est: Soph. El. 653 . . . τέκνων ὅσων ἐμοὶ δύσνοια μὴ πρόσεστιν ἢ λύπη πικρά. Eur. Hec. 973 ἀλλ' αὐτὸ μὴ δύσνοιαν ἡγήσῃ σέθεν. vox εὔνοια autem scriptoribus prosae orationis propria est.

ἐπικούρησις. Plat. Leg. XI 919 B ταῦτά ἐστιν καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν σύμπασιν τοῖς τοιούτοις ὀρθῶς ἁμαρτανόμενα τὰς διαβολὰς τῇ τῆς ἀπορίας ἐπικουρήσει παρασκευακότα. aliis locis Plato vocabulo pedestris orationis proprio[1]) ἐπικουρία utitur

[1]) exstat e. g. apud Herod. Thuc. Xen.; Isocr. Dem. Lycurgum; in papyris: P. Par. p. 371.

(e. g. Leg. XI 918 C πᾶσιν ἐπικουρίαν ταῖς χρείαις ἐξευπορεῖν); vocabulum ἐπικούρησις ante Platonem nemo nisi Euripides adhibuit: Andr. 27 ἐλπίς μ' ἀεὶ προσῆγε σωθέντος τέκνου ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.

παιδουργία. Plat. Leg. VI 775 C καὶ πρὸς τούτοις δεῖ μὴ τῶν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης γίγνεσθαι τὴν παιδουργίαν. vocabulum παιδουργία ante Platonem apud Sophoclem solum occurrit: O. R. 1245 καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν, μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ', ὑφ' ὧν θάνοι μὲν αὐτός, τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν. verbum παιδουργεῖν quoque tragicorum proprium est (Eur. Ion 175); comicis et prosae orationis scriptoribus plane deest; ne Plato quidem id adhibet, sed vocem prosae orationis propriam παιδοποιεῖσθαι[1]) usurpat; etiam pro vocabulo παιδουργία ceteris locis voces prosae orationis παιδοποιΐα, quae apud Isocratem (3, 42) et Polybium (VI 6, 2) occurrit, et παιδογονία (Hippocr. ed. Littré VIII p. 418) adhibet; vocem παιδοποίησις ipse formavisse videtur.

2. Nomina adiectiva[2]).

a.

ἀραῖος. Plat. Leg. XI 931 C ἀραῖος γὰρ γονεὺς ἐκγόνοις ὡς οὐδεὶς ἕτερος ἄλλοις. vocabulum ἀραῖος hoc loco est: fluchbringend, schädlich. eandem significationem invenimus apud tragicos, qui soli ante Platonem hac voce usi sunt, his locis:

Aesch. Ag. 246 κατασχεῖν φθόγγον ἀραῖον οἴκοις. ibid. 1396 τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε πλήσας ἀραίων αὐτὸς ἐκπίνει μολών.

Soph. O. R. 1290 οὐδ' ἔτι μενῶν δόμοις ἀραῖος, ὡς ἠράσατο. Trach. 1201 εἰ δὲ μή, μενῶ σ' ἐγὼ καὶ νέρθεν ὢν ἀραῖος εἰς ἀεὶ βαρύς.

Soph. frg. 367 ὁ πρόσθεν ἐλθὼν ἦν ἀραῖός μοι νέκυς.

Frg. 106 (Hesych. I p. 269) ἀραίας· βλαβεράς. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι.

---

[1]) exstat e. g. Hippocr. ed. Littré VIII p. 280; LXX: II. Ma. 14, 25.

[2]) Haec nomina disposui secundum rationem, qua formata sunt. dignum mihi videtur quod notetur plurima nomina adiectiva et verba, quae Plato tragicis debet, composita esse.

Eur. Med. 608 καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις. Hipp. 1415 εἴθ' ἦν ἀραῖον δαίμοσιν βροτῶν γένος. I. T. 778 ἢ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι.

Sed etiam aliam significationem tragici usurpaverunt: ἀραῖος = κατάρατος. cf. Aesch. Sept. 881; Ag. 1564. Soph. Ant. 867; O. R. 276; 644. Eur. Hel. 694. apud Sophoclem semel vox ἀραῖος Iovis nomini apponitur: Phil. 1181 πρὸς ἀραίου Διός. Plato significationem priorem solam adhibuit.

εὐκταῖος. Plat. Leg. X 906 B ἐν εὐκταίαις τισὶν ἐπῳδαῖς. hoc loco vox significat: „vota continens"; quam significationem tragici, qui primi ante Platonem hanc vocem adhibuerunt, his locis praebent: Aesch. Suppl. 638 νῦν ὅπ' ἐμάν, θεοὶ Διογενεῖς, κλύοιτ' εὐκταῖα γένει χεούσας. Sept. 825 ἐξέπραξεν, οὐδ' ἀπεῖπεν πατρόθεν εὐκταία φάτις. Soph. Trach. 239 εὐκταῖα φαίνων.

Hanc vocem iure tragico sermoni tribui posse Aristophanes quoque ostendit, qui ea usus est in tragicorum sermone illudendo: Av. 1058 ἤδη 'μοὶ τῷ παντόπτᾳ καὶ παντάρχᾳ θνητοὶ πάντες θύσουσ' εὐκταίαις εὐχαῖς. hunc locum in parodiis numerandum esse Bakhuyzen docet (l. l. p. 84).

Tragici alteram quoque significationem huius verbi noverunt: εὐκταῖος = „optatus" vel „optandus"; cf. Aesch. Sept. 710; Ag. 1386; frg. 55, 4. Eur. Med. 169; I. T. 213; Or. 214.

Hac significatione Plato usus esse non videtur; nam Leg. III 687 E, ubi εὐκταῖον, quod manus secundae codicum A et O praebent, hoc sensu instructum est, editores secundum manus priores εὐκτέον scribunt, quod ad vocem sequentem ἐπεικτέον melius quadrat.

b.

ἀκέλευστος. Plat. Leg. XII 953 D ἴτω μὲν νῦν πᾶς ἀκέλευστος ὁ τοιοῦτος ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων καὶ σοφῶν θύρας. haec vox perrara praeter Platonem tragicis solis in usu fuit: Aesch. Ag. 731 μηλοφόνοισι σὺν ἄταις δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν. ibid. 969 μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος ἄμισθος ἀοιδά.

Soph. Ai. 1284 ἑκών τε κἀκέλευστος ἦλθ' ἐναντίος.

Eur. Ion 1358 καὶ τάδ' ἀποδίδωμί σοι, ἃ κεῖνος ἀκέλευστόν μ' ἐβουλήθη λαβεῖν. El. 71 δεῖ δή με κἀκέλευστον . . . συνεκκομίζειν σοι πόνους.

ἄφθεγκτος. Plat. Soph. 238 C ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε καὶ ἄρρητον καὶ ἄφθεγκτον καὶ ἄλογον (sc. τὸ μὴ ὄν.). ibid. 238 E σμικρὸν ἔμπροσθεν ἄφθεγκτόν τε αὐτὸ καὶ ἄρρητον καὶ ἄλογον ἔφην εἶναι. ibid. 239 A ἄλογον . . . καὶ ἄρρητον καὶ ἄφθεγκτον. hoc vocabulum apud Platonem significat: „quod pronuntiari non potest"; prosae orationis scriptores idem voce ἄρρητος notare solent, quam Plato quoque locis modo allatis adhibet; sed amplitudinem quandam elocutionis appetens poeticum quoque vocabulum addit; nam ἄφθεγκτος ante eum tragicis solis in usu fuit. Aeschylus usurpat hanc vocem de cruoris vestigiis, quae verbum nullum edere possunt: Eum. 244 τόδ' ἐστὶ τἀνδρὸς ἐκφανὲς τέκμαρ. ἕπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς. Sophocles quoque hoc vocabulo usus est: O. C. 156 ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει. hoc loco νάπος ἄφθεγκτον lucus est, in quo oportet tacere.

In lingua posteriore ἄφθεγκτος non occurrit nisi in papyris magicis, quas poeticis verbis abundare supra commemoravimus[1]): P. Lond. I p. 102. 107; P. Leid. II. W col. 23, 4. 5. 21. 24; col. 24, 10.

εὐήτριος. Plat. Polit. 310 E τὸ λεγόμενον εὐήτριον ὕφασμα. haec vox perrara priore aetate praeter hunc locum nusquam nisi apud Aeschylum invenitur: frg. 47 δικτύου δ' εὐήτρια.

c.

ἀντίσταθμος. Plat. Soph. 229 C ἀγνοίας γοῦν μέγα τί μοι δοκῶ καὶ χαλεπὸν ἀφωρισμένον ὁρᾶν εἶδος, πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς ἀντίσταθμον μέρεσιν. Campbell ad hunc locum recte adnotavit: „the word belongs to tragedy"; nusquam enim occurrit ante Platonem nisi apud Sophoclem: El. 571 ὡς πατὴρ ἀντίσταθμον τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην.

ἐπικήδειος. Plat. Leg. VII 800 E ταῖς ἐπικηδείοις ᾠδαῖς οὐ στέφανοι πρέποιεν ἄν. hanc vocem ante Platonem nemo praeter Euripidem usurpavit: Tro. 513 ἄεισον ἐν δακρύοις ᾠδὰν ἐπικήδειον.

συνέστιος. Plat. Euthyphr. 4 B . . . ἐάνπερ ὁ κτείνας συνέστιός σοι καὶ ὁμοτράπεζος ᾖ. Leg. IX 868 D . . . μηδὲ συνέστιον

---

[1]) p. 16.

ὧν ἔκγονον ἢ ἀδελφὸν ἀπεστέρηκε γίγνεσθαί ποτε μηδὲ κοινωνὸν ἱερῶν. ibid. 868 E ὧν ἀδελφούς τε ἀδελφῶν καὶ γονέας ἐστέρηκε παίδων, τούτοις δὲ συνέστιος αὐτοῖς μηδέποτε γιγνέσθω μηδὲ κοινωνὸς ἱερῶν. vocabulum συνέστιος praeter Platonem tragicis solis in usu fuit; eadem ratione atque apud Platonem usurpatur a Sophocle et Euripide: Soph. O. R. 270 ἐπεύχομαι δ', οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' ἐμοῦ ξυνειδότος, παθεῖν ἅπερ τοῖσδ' ἀρτίως ἠρασάμην. Eur. Alc. 1151 μεῖνον παρ' ἡμῖν καὶ ξυνέστιος γενοῦ. Eur. El. 784 νῦν μὲν παρ' ἡμῖν χρὴ συνεστίους ἐμοὶ θοίνης γενέσθαι.

Aeschylus cives dicit ξυνέστιοι πόλεος Sept. 758; altero loco Iovi cognomen ξυνέστιος dat: Agam. 706 ξυνεστίου Διός.

d.

ἀρχαιοπρεπής. Plat. Soph. 229 E τὸ μὲν ἀρχαιοπρεπές τι πάτριον i. e. „vetustum patrum ius". iam Campbell, qui ad hunc locum adnotat: „a tragic compression", recte observavit hanc vocem ante Platonem apud Aeschylum solum exstare: Prom. 422 πρόπασα δ' ἤδη στονόεν λέλακε χώρα, μεγαλοσχήμονά τ' ἀρχαιοπρεπῆ — ⏑ ⏑ — στένουσι τὰν σὰν συνομαιμόνων τε τιμάν.

ἑστιοῦχος. Plat. Leg. IX 878 A γεννήτορά τε αὑτοῖς καὶ ἑστιοῦχον καὶ θεραπευτὴν ὁσίων τε καὶ ἱερῶν ἐπ' ἀμείνοσι τύχαις γίγνεσθαι τοῦ πατρός. vox ἑστιοῦχος hoc loco est: „Schirmer des Herdes"; eundem sensum vox apud Euripidem praebet: Suppl. 1 Δήμητερ ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονός.

Ceteris tragicorum locis vox de rebus usurpatur: Aesch. frg. 281, 2 εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι ψόλον[1]), . . . στέγην πυρώσω. Aesch. Pers. 514 ἐφ' ἑστιοῦχον γαῖαν. Soph. Ant. 1083 ἑστιοῦχον ἐς πόλιν. Eur. Andr. 283 ἑστιοῦχον αὐλάν.

Praeter tragicos Platonemque Aristophanes solus hac voce usus est; eundem sensum atque apud Euripidem Suppl. 1 vox hoc loco praebet: Av. 865 εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ καὶ τῷ ἰκτίνῳ τῷ ἑστιούχῳ καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν. hunc locum parodiam esse precum, quas sacri-

---

[1]) Apud auctorem *περὶ ὕψους* III, 1, qui hoc fragmentum servavit, exstat *μόνον*. Musgravius *ψόλον* scribere vult, quod mihi quoque praeferendum esse videtur (cf. Aesch. frg. 24).

ficaturi recitabant, constat (cf. H. van de Sande-Bakhuyzen, l. l. p. 83); pro Iove, qui focum tuetur, Aristophanes posuit ἰκτῖνον τὸν ἑστιοῦχον; hoc autem modo non solum ad sermonem precum, sed etiam ad tragicorum dicendi rationem alludit; vox ἑστιοῦχος enim tragicorum propria est; in precibus Zeus non ἑστιοῦχος, sed ἐφέστιος vocabatur, ut Kock (ad Ar. Av. 866) ex hoc Eusthatii loco concludit: ἐν τῇ κατ' οἶκον ἑστίᾳ Διὶ ἐγένοντο θυσίαι, ὃν οἱ μὲν ἄλλοι ἐφέστιον, Ἡρόδοτος δὲ ἰωνικῶς λέγει ἐπίστιον[1]), τὸν αὐτὸν τῷ ἑστιούχῳ.

In fabula, quae non ad nostram aetatem pervenit, Aristophanes vocem ἑστιοῦχος pro ἑστιάτωρ posuisse videtur, ut Pollux testatur: VI, 11 εἴποις δ' ἂν τὸν ἑστιάτορα καὶ ἑστιοῦχον κατὰ Ἀριστοφάνην. cf. Kock, C. A. F. I p. 574 ad fragm. 776 ἑστιοῦχον: „nam prorsus alia est vocabuli significatio Av. 866."

Posteriore aetate ἑστιοῦχος semel apparet in titulo honorario, cuius sermone elato hoc vocabulum non indignum est: I. G. XII, 3. nr. 1119 Τι. Κλα. Φροντωνιανὸν . . . ἡ λαμπροτάτη Μηλίων πόλις τὸν οἰκιστὴν καὶ πατέρα, παρὰ τῇ ἑστίᾳ τὸν ἑστιοῦχον, . . . κατὰ τὰ ἐψηφισμένα ἐστήσατο.

θηλυγενής. Plat. Leg. VII 802 E . . . τὸ δὲ πρὸς τὸ κόσμιον καὶ σῶφρον μᾶλλον ἀποκλῖνον θηλυγενέστερον ὡς ὂν παραδοτέον ἔν τε τῷ νόμῳ καὶ λόγῳ. prosae orationis scriptores ad vocabulum „muliebris" notandum voce γυναικεῖος aut etiam saepius voce θῆλυς utuntur; Plato quoque haec verba saepe usurpat excepto loco, quem modo attulimus; hic enim vocem tragicorum propriam adhibet, quam prosae orationis scriptores plane repudiaverunt; nusquam alibi exstat nisi apud Aeschylum:

Suppl. 28 τὸν θηλυγενῆ στόλον

et Euripidem: Bacch. 116 εἰς ὄρος, εἰς ὄρος, ἔνθα μένει θηλυγενὴς ὄχλος. ibid. 1156 τὰν θηλυγενῆ στολάν.

καλλίπαις. Plat. Phaedr. 261 A πάριτε δή, θρέμματα γενναῖα, καλλίπαιδά τε Φαῖδρον πείθετε. hoc loco vox καλλίπαις, quae significat „pulchram prolem habens", tralate usurpatur: Phaedrus procreator orationum pulchrarum nominatur. tragici, qui soli ante Platonem hac voce usi sunt, propriam quoque significationem praebent:

---

[1]) e. g. I, 44.

Frg. adesp. 178 εἰ μή σε Λητὼ καλλίπαις ἐγείνατο.

Aesch. Ag. 758 οἴκων γὰρ εὐθυδίκων καλλίπαις πότμος ἀεί.

Eur. Herc. 838 πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ [„Seiner Söhne blüh'nde Schar." Wilam.]. altero loco, quo Euripides vocem usurpat, significat „filia pulchra": Or. 964 Περσέφασσα καλλίπαις θεά (cf. Lobeck, Paralipomena grammaticae Graecae p. 372).

Linguae communis posterioris aetatis vox propria non fuit, quamquam in libro apocrypho Septuagintae occurrit: IV. Ma. 16, 10 ὦ ἡ πολύπαις καὶ καλλίπαις ἐγὼ γυνή. nam hic liber sermonem maxime elatum praebet atque poeticis verbis abundat. cf. Bibel-Lexikon von D. Schenkel IV (1872) p. 98, ubi de sermone huius libelli haec dicuntur: „Was zunächst die Sprache betrifft, so zeugt sie von guter Vertrautheit mit dem griechischen Genius, sie ist im ganzen regelrecht und fließend; zu tadeln ist das Haschen nach poetischen, ungewöhnlichen und auch wohl neugebildeten Worten und der übermäßig rhetorisierende Charakter." cf. etiam: J. Freudenthal, Die Flavius Josephus beigelegte Schrift über die Herrschaft der Vernunft, eine Predigt aus dem I. nachchristl. Jahrhundert, Breslau 1869, p. 21—28.

οἰκοφθόρος. Plat. Leg. III 689 D ὁ δὲ ἀπολειπόμενος (sc. τῆς σοφίας) οἰκοφθόρος καὶ περὶ πόλιν οὐδαμῇ σωτὴρ ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον ἀμαθαίνων εἰς ταῦτα ἑκάστοτε φανεῖται. aliis locis Plato verbo οἰκοφθορεῖν utitur[1]), quod prosae orationis proprium est; (exstat iam apud Herodotum, e. g. I 196). nomen οἰκοφθόρος ante Platonem nemo praeter Euripidem usurpavit: frg. 1055 οἰκοφθόρον γὰρ ἄνδρα κωλύει γυνὴ ἐσθλὴ παραζευχθεῖσα καὶ σῴζει δόμους.

In lingua quae κοινή dicitur, uno loco vocabulum οἰκοφθόρος inveni: P. Grenf. I. 53, 17 (epistula IV. p. Chr. saeculi) γράφει δὲ ἡμῖν ὡς ἐχθάμβων ἡμᾶς, λέγων ὅτι ὁ ἡγεμὼν οὐ θέλει οἰκοφθέρους (sic!). cum autem tota epistula elocutionem insuetam praebeat, vocabulum poeticum hic exstare mirandum non est. (cf. Grenfell ad loc. p. 86: „the peculiar Greek of the second

---

[1]) cf. Leg. XI 929 D *ἐὰν δέ τίς τινα νόσος ἢ γῆρας . . . ἔκφρονα ἀπεργάζηται . . ., οἰκοφθορῇ δὲ ὡς ὢν τῶν αὐτοῦ κύριος . . .* — ibid. XII 959 C *ἐκ δὲ τούτων οὕτως ἐχόντων οὐδέποτε οἰκοφθορεῖν χρή.*

letter is only equalled by the astonishing character of the contents").

ὁμόπτερος. Phaedr. 256 D εἰς γὰρ σκότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆς πορείαν οὐ νόμος ἐστὶν ἔτι ἐλθεῖν τοῖς κατηργμένοις ἤδη τῆς ὑπουρανίου πορείας, ἀλλὰ φανὸν βίον διάγοντας εὐδαιμονεῖν μετ' ἀλλήλων πορευομένους, καὶ ὁμοπτέρους ἔρωτος χάριν, ὅταν γένωνται, γενέσθαι. vocabulum ὁμόπτερος praeter hunc locum in prosa oratione non occurrit; contra scaenicis poetis in usu fuit: Aesch. Suppl. 229 ἐν ἁγνῷ δ' ἑσμὸς ὡς πελειάδων ἵζεσθε κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ. hoc loco vox plane eandem significationem praebet atque apud Platonem.

Pers. 562 tralate de navibus usurpatur: αἱ δ' ὁμόπτεροι κυανώπιδες νᾶες.

Choe. 173 καὶ μὴν ὅδ' ἐστὶ κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος (sc. ὁ πλόκαμος). hic ὁμόπτερος est: „ὁμότριχος" aut: „eiusdem modi, similis"; eandem significationem Euripides usurpavit, qui ad hunc Aeschyli versum alludit: El. 530 πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους καὶ μὴ γεγῶσιν αἵματος ταὐτοῦ, γέρον.

Altero loco Euripidis: Phoen. 327 ὁ δ' ἐν δόμοισι πρέσβυς ὀμματοστερὴς ἀπήνας ὁμοπτέρου τᾶς ἀποζυγείσας δόμων πόθον ἀμφιδάκρυτον ἀεὶ κατέχων . . . vocibus ἀπήνη ὁμόπτερος (i. e. currus, cuius equi pari celeritate praediti sunt,) Eteocles et Polynices fratres significantur.

Praeter tragicos Aristophanes quoque hac voce usus est: Av. 229 ἴτω τις ὧδε τῶν ἐμῶν ὁμοπτέρων. usurpat eam secundum avium dicendi rationem pro ὁμῆλιξ vel ὁμόσπορος. dubitari non potest, quin poeta alludat ad tragicorum huius vocis usum; Strattim comicum idem fecisse Pollux testatur VI, 156 ὁμοπτέρους δὲ τοὺς ὁμοτρίχους εἰπόντος Εὐριπίδου [1]) Στράττις τοὺς ὁμήλικας εἶπεν ὁμοπτέρους. sic hi duo comicorum loci optima nobis testimonia putanda sunt tragici coloris vocabuli ὁμόπτερος.

τιμαλφής. Plat. Tim. 59 B τιμαλφέστατον χρῆμα χρυσός. aliis locis Plato pro hac voce poetica vocabula prosae orationis propria τίμιος vel ἔντιμος adhibet (e. g. Rep. I 336 E πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον. ibid. VIII 554 B χρήματα . . .

---

[1]) El. 530.

μάλιστα ἔντιμα). verbum τιμαλφής ante Platonem tragicis solis in usu fuit: Aeschylum atque Ionem eo usum esse Hesychius tradit IV p. 157 = Aesch. frg. 56, Ionis frg. 43 (Nauck p. 741). denique in fragmento adespoto apud Clem. Alexandr. (Paedag. II p. 241) servato hoc vocabulum exstat (Nauck p. 861, frg. adesp. 109) Μιλησία σμάραγδος ἐμπόλημα τιμαλφέστατον[1]). Meineke hunc versum dubitanter in comicorum fragmentis posuit (IV p. 611); addit enim haec: „poetae locum hic latere certum, comici an tragici sit, incertum". Cobet (Novae lectiones p. 48), quem Nauck sequitur, versum tragico poetae tribuit. cum iam duo huius vocis testimonia apud tragicos exstent, nullum apud comicos, nos quoque tertium locum in fragmentis tragicorum ponere malumus.

ὑψηλόφρων. Plat. Rep. VIII 550 B καὶ ἐγένετο ὑψηλόφρων τε καὶ φιλότιμος ἀνήρ. haec vox ante Platonem nusquam nisi apud Euripidem occurrit: I. Aul. 919 ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω. Plato aliis locis pro vocabulo ὑψηλόφρων vocem ὑπερήφανος usurpat, quae aliis quoque prosae orationis scriptoribus in usu erat (e. g. Isocr. Dem. Aeschini).

Posteriore aetate ὑψηλόφρων semel in papyro magica apparet (P. Lond. I p. 80), quae multa vocabula poetica consulto usurpata praebet[2]). verbum ὑψηλοφρονεῖν in Novo Testamento duobus locis codd. plerique praebent: Ro. 11, 20 μὴ ὑψηλοφρόνει. I. Tim. 6, 17 μὴ ὑψηλοφρονεῖν. sed editores multi (Hortius, Lachmannus, Tischendorfius, Tregellesius, Westcottus) scribunt secundum codd. ℵAB μὴ ὑψηλὰ φρόνει (μὴ ὑψηλὰ φρονεῖν). qui autem verbum ὑψηλοφρονεῖν hic servare vult, tamen evincere non potest adiectivam quoque formam linguae communis propriam fuisse, etiamsi verbum ὑφηλοφρονεῖν bis in fontibus huius linguae occurrit.

φιλοικτίρμων. Plat. Menex. 244 E ἀεὶ λίαν φιλοικτίρμων ἐστί (sc. ἡ πόλις). hanc vocem Plato Euripidi debere videtur, praeter quem aetate priore nusquam occurrit: I. T. 344 ὦ καρδία τάλαινα, πρὶν μὲν ἐς ξένους γαληνὸς ἦσθα καὶ φιλοικτίρμων ἀεί.

---

1) codd. *τιμηέστατον*. Nauck *τιμαλφέστατον* secundum Fl. Lobeck, (Philolog. V p. 244).

2) de magicarum papyrorum sermone vide supra p. 16.

φιλόψογος. Plat. Prot. 346 B ταῦτα δὴ καὶ τῷ Πιττακῷ λέγει (sc. ὁ Σιμωνίδης) ὅτι Ἐγώ, ὦ Πιττακέ, οὐ διὰ ταῦτά σε ψέγω, ὅτι εἰμὶ φιλόψογος, ἐπεὶ —

ἔμοιγ' ἐξαρκεῖ ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ
μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος, εἰδώς τ' ὀνησίπολιν δίκαν ὑγιὴς ἀνήρ.
οὔ μιν ἐγὼ μωμήσομαι —

οὐ γάρ εἰμι φιλόμωμος —

τῶν γὰρ ἠλιθίων ἀπείρων γενέθλα,

ὥστ' εἴ τις χαίρει ψέγων, ἐμπλησθείη ἂν ἐκείνους μεμφόμενος —

πάντα τοι καλά, τοῖσί τ' αἰσχρὰ μὴ μέμεικται.

Plato hoc loco primum sententiam quandam carminis Simonidei, cuius quartam stropham[1]) explicat, suis verbis notat (Ἐγὼ — φιλοψόγος); tum Simonidis verba ipsa affert (ἔμοιγ' — μωμήσομαι), quorum versum postremum οὔ μιν ἐγὼ μωμήσομαι insuper repetit suis verbis expressum οὐ γάρ εἰμι φιλόμωμος. Plato ergo priore loco voce φιλόψογος, altero loco voce φιλόμωμος utitur ad eandem Simonidis sententiam notandam.

Vocabulum φιλόμωμος ante Platonem nusquam apparet; Simonidem voce πανάμωμος usum esse ex eodem Platonis loco scimus (Prot. 346 D = Sim. frg. 5, 17 Bgk.); sed poetam Ceum etiam verbum φιλόμωμος adhibuisse concludi non potest; hoc verbum Plato ipse hoc loco formavisse videtur.

Vox φιλόψογος ante Platonem apud Euripidem tantummodo invenitur; Simonidem quoque hoc verbo usum esse nullo modo evinci potest; sed verisimile esse videtur Platonem, quia Simonidis sententiam poeticis verbis exprimere voluit, tale vocabulum ex Euripidis sermone sumpsisse. apud hunc poetam φιλόψογος exstat El. 904 δυσάρεστος ἡμῶν καὶ φιλόψογος πόλις. Phoen. 198 φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ.

Plato aliis locis pro voce φιλόψογος vocabulo φιλαίτιος utitur, quod prosae orationis proprium est (exstat e. g. apud Xenophontem; Isocratem, Demosthenem); cf. Leg. X 903 A δοκοῦμεν ... μετρίως διειλέχθαι τῷ φιλαιτίῳ τῆς ἀμελείας πέρι θεῶν. vocabula φιλολοίδορος (Demosth., Aristot.) et φιλεπιτιμητός (Isocr.), quae idem fere significant quod φιλόψογος et φιλαίτιος, Plato non adhibuit.

---

[1]) cf. Platons Protagoras erkl. von Deuschle-Bochmann p. 98.

e.

τηλικόσδε. vox τηλίκος, quae significat „tantae aetatis", saepe apud epicos, raro apud ceteros poetas occurrit; et prosae orationi Atticae et comoediarum sermoni plane deest. ex hac voce duo alia vocabula ducta sunt: τηλικόσδε et τηλικοῦτος; illud est „tantae aetatis" [1]); hoc significat et „tantae aetatis" et „tantus". prosae orationis scriptoribus τηλικοῦτος in usu est; τηλικόσδε autem tragicorum proprium est; Plato solus utrumque vocabulum usurpavit; sed vocabulo prosae orationis proprio paulo saepius utitur quam poetico [2]). τηλικόσδε apud eum semel significat „admodum adulescens": Apol. 25 D τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος εἶ τηλικούτου ὄντος τηλικόσδε ὤν. ceteris locis est „admodum provectae aetatis": Apol. 34 E οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων οὐδὲν ποιεῖν καὶ τηλικόνδε ὄντα καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα. ibid. 37 D καλὸς οὖν ἄν μοι ὁ βίος εἴη ἐξελθόντι τηλικῷδε ἀνθρώπῳ. Lach. 201 A εἰ δέ τις ἡμῶν καταγελάσεται, ὅτι τηλικοίδε ὄντες εἰς διδασκάλων ἀξιοῦμεν φοιτᾶν ... Crit. 49 B ἆρα τηλικοίδε [γέροντες] [3]) ἄνδρες πρὸς ἀλλήλους σπουδῇ διαλεγόμενοι ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν διαφέροντες; Euthyd. 293 B πολὺ γὰρ ῥᾷον ἢ μανθάνειν τηλικόνδε ἄνδρα. Theaet. 155 B ὅταν φῶμεν ἐμὲ τηλικόνδε ὄντα, μήτε αὐξηθέντα μήτε τοὐναντίον παθόντα, ἐν ἐνιαυτῷ σοῦ τοῦ νέου νῦν μὲν μείζω εἶναι, ὕστερον δὲ ἐλάττω ... hoc loco vocabulum τηλικόσδε est „tantae" vel „huius aetatis"; minime vertendum est „tantus"; nam oppositum est vocibus σοῦ τοῦ νέου [4]). Theaet. 177 C ῥᾴω γὰρ τηλικῷδε ὄντι ἐπακολουθεῖν. Parm. 136 D πολὺ ἔργον ... προστάττεις ὡς τηλικῷδε. ibid. 137 A πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦσαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πέλαγος λόγων. Soph. 234 E ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι. Leg. I 634 D οὐ γὰρ ἄν, ὦ Κλεινία, τηλικοῖσδε ἀνδράσιν πρέποι τὸ τοιοῦτον.

---

[1]) Tribus tantum locis verbum *τηλικόσδε* pro „tantus" usurpatum inveni: Pseud. Plat. Axioch. 370 C *εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' οὗ τὴν τῶν τηλικῶνδε* (sc. *χρημάτων*) *περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔσχεν.* Lycophr. Alexandra 819 *τηλικῶνδε ... κακῶν.* Athenaeus IX 380 D *διὰ τὸν τηλικόνδε ὅρκον.*

[2]) *τηλικόσδε* 12ies, *τηλικοῦτος* = tantae aetatis 16ies apud Platonem exstat.

[3]) *γέροντες* secl. Iacobs.

[4]) cf. H. Schmidt, Kritischer Kommentar zu Platons Theaetet p. 454.

Vocem τηλικοῦτος Plato plane eadem ratione usurpavit atque vocem τηλικόσδε; virum „admodum provectae aetatis" significat praeter locum supra allatum Apol. 25 D e. g. Parm. 136 D ἀπρεπῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα πολλῶν ἐναντίον λέγειν ἄλλως τε καὶ τηλικούτῳ. pro „admodum adulescente" usurpatur e. g. his locis: Menex. 234 A καὶ ἄρχειν ἡμῶν, ὦ θαυμάσιε, ἐπιχείρεις τῶν πρεσβυτέρων τηλικοῦτος ὤν. Rep. II 378 D ὁ γὰρ νέος οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅτι τε ὑπόνοια καὶ ὃ μή, ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ . . . — quare statuendum est duo vocabula τηλικόσδε et τηλικοῦτος plane eandem significationem praebere; tamen priore aetate praeter Platonem nemo prosae orationis scriptorum vocem τηλικόσδε pro τηλικοῦτος usurpavit; tragici soli τηλικόσδε adhibuerunt:

Soph. O. R. 1508 ἀλλ' οἴκτισόν σφας ᾧδε τηλικάσδ' ὁρῶν πάντων ἐρήμους. O. C. 1116 ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος. his locis vox significat „admodum adulescens". alteram significationem invenimus his tragicorum locis:

Soph. O. C. 735 ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόσδ' ἀπεστάλην. ibid. 958 πρὸς δὲ τὰς πράξεις ὅμως καὶ τηλικόσδ' ὢν ἀντιδρᾶν πειράσομαι (his duobus locis Creon vocem de se ipse usurpat). Eur. frg. 533, 3 ἐγὼ μὲν οὖν γεγῶσα τηλικήδ' ὅμως ἀπέπτυσ' αὐτὸ κοὔποτ' εὔχομαι θανεῖν. Sophocles etiam uno loco utramque significationem praebet: Antig. 726 οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ φρονεῖν ὑπ' ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν; Plato simili loco Apol. 25 D (cf. supra) alteram significationem voce τηλικόσδε, alteram voce τηλικοῦτος usus notavit.

3. Verba.

a.

ἀκταινόω. Plat. Leg. II 672 C ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν φρόνησιν, πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως, καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχιστα, ἀτάκτως αὖ πηδᾷ. hoc verbum significare videtur: „bäume mich, fahre auf" [1]). praeter Platonem apud Aeschylum solum hoc verbum oc-

[1]) cf. Prellwitz, Etymolog. Wörterbuch p. 22. Timaeus (lex. vocum Platonicarum) explicat: *γαυριᾶν καὶ ἀτάκτως πηδᾶν.* idem praebet scholiasta ad Aesch. Eum. 36: *σημαίνει δὲ καὶ τὸ γαυριᾶν καὶ ἀτάκτως πηδᾶν.*

currit[1]); sed hic forma ἀκταίνω, non ἀκταινόω exstat: Eum. 36 ὡς μήτε σωκεῖν μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν. hoc loco ἀκταίνω est: celeriter movere, celeriter proferre sc. pedem. iam Phrynichus (προπαρασκ. σοφ. ed. Bekker, Anecd. Gr. I, 23) observavit hanc vocem nusquam nisi apud Aeschylum et Platonem occurrere; sed falso dicit eam in Platonis Phaedone exstare (cf. Ruhnken, Timaei lexicon p. 17). Aeschyli quoque alium locum Phrynichus ante oculos habuisse videtur, quia dicit: Αἰσχύλος οὐκέτ' ἀκταίνω φησί, βαρυτόνως, οἷον οὐκέτι ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτήν. sic enim verbum ἀκταίνω vi intransitiva instructum est, Eum. 36 autem vim transitivam praebet[2]).

δεσποτέω. Plato pro verbo δεσπόζειν prosae orationis proprio[3]), quod saepius adhibet, semel vocem δεσποτέω usurpat: Tim. 44 D τοῦτο ὃ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τέ ἐστιν καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ante Platonem hoc verbum apud tragicos solos apparet; sed illi forma passiva utuntur; formam activam Plato primus adhibuit. Aesch. Choe. 102 τὸ μόρσιμον γὰρ τόν τ' ἐλεύθερον μένει καὶ τὸν πρὸς ἄλλης δεσποτούμενον χερός. Eum. 529 μήτ' ἀνάρχετον βίον μήτε δεσποτούμενον αἰνέσῃς. ibid. 699 τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον . . . βουλεύω σέβειν. Eur. Heracl. 883 τὸ σὸν προτιμῶν, ὥς νιν ὀφθαλμοῖς ἴδοις κρατοῦντα καὶ σῇ δεσποτούμενον χερί.

κυρίττω[4]). Plat. Gorg. 516 A . . . εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντας ἑαυτὸν μηδὲ κυρίττοντας μηδὲ δάκνοντας ἀπέδειξε ταῦτα

---

[1]) In Anacreontis copia verborum Bergk vocem *ἀκταίνω* posuit (frg. 137) hoc testimonio fretus: *Συναγωγὴ λέξ. χρησ.* (Bekker, Anecd. Gr. I, 373) *Ἀκταινῶσαι· ἀντὶ τοῦ ὑψῶσαι καὶ ἐξᾶραι καὶ μετεωρίσαι. πεποίηται δὲ οὕτως· ἔστι δένδρον, ὃ καλεῖται ἀκτή, ἀφ' οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται. οὕτως Ἀνακρέων.* apud ceteros lexicographos, quorum testimonia Ruhnken collegit (Timaeus p. 17 sqq.), nusquam Anacreon hanc vocem usurpavisse traditur. recte apud H. Stephanum (Thes. linguae Graecae s. v. *ἀκταίνω*) haec adnotata sunt: „falsus iste Anacreon nescio cuius grammatici sedem, Apionis an alius, surripuit."

[2]) H. Stephanus, Thes. l. Gr. I col. 1358.

[3]) exstat e. g. his locis: Herod. III, 142, Dem. 11, 4; apud Aristotelem saepius; LXX: 1. Chr. 29, 11 et duodecim aliis locis; Pap. Lond. I p. 233; III p. 232. Audollent, Defixionum tabellae 249, 9. 22. 23. posterioribus etiam verbum *δεσποτεύω* in usu fuit (Iosephus; LXX: III. Ma. 5, 28).

[4]) cf. W. Schmid, Atticismus I p. 142: „anscheinend aus dem Gebrauch des Aeschylus von Plato übernommen."

ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα (sc. ὄνους καὶ ἵππους κτλ.). etiam de hominibus Plato vocem usurpavit: Rep. IX 586 B ἕνεκα τῆς τούτων πλεονεξίας λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασί τε καὶ ὁπλαῖς ἀποκτεινύασι δι' ἀπληστίαν. hoc vocabulum ante Platonem apud Aeschylum solum apparet: Pers. 312 οἵδ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα δινούμενοι κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα. hoc loco vox adhibetur de mortuorum corporibus, qui ad terram allisi oram capitibus pulsabant. significationem vocis propriam Aeschylus hoc loco usurpavit: frg. 23 ὁ ταῦρος δ' ἔοικεν κυρίξειν τιν' ἀρχάν, φθάσαντος δ' ἐπ' ἔργοις προπηδήσεταί νιν. locus obscurissimus est; Nauck putat huc spectare Hesychii glossam (II, 558 ed. M. Schmidt) κυρίξει(ν)· κέρασι μάχεσθαι.

Post Platonem Aristoteles semel verbum κυρίττειν adhibuit: de anim. generat. p. 769 b 18 διὸ πολλάκις οἱ σκώπτοντες εἰκάζουσι τῶν μὴ καλῶν ἐνίους τοὺς μὲν αἰγὶ φυσῶντι πῦρ, τοὺς δ' οἶ κυρίττοντι. fortasse hoc verbum a Platone mutuatus est. linguae communi κερατίζειν pro verbo κυρίττειν in usu erat, ut Moeris testatur (p. 201, 22 ed. Bekker).

b.

ἀνδρηλατέω. Plat. Rep. VIII 565 E . . . ὃς ἂν . . . ἀνδρηλατῇ καὶ ἀποκτεινύῃ . . . — verbum ἀνδρηλατεῖν non solum est: virum vel viros expello (cf. Timaei lex. s. v. ἀνδρηλατεῖν· ἄνδρας ἐξελαύνειν καὶ φυγαδεύειν), sed ponitur pro „in exsilium pellere". hoc prosae orationis scriptores vocibus ἐκβάλλειν, ἐξελαύνειν notant, quas Plato quoque adhibet: e. g. Apol. 30 D ἀποκτείνειε μεντἂν ἴσως ἢ ἐξελάσειεν. Gorg. 469 C ἀποκτεινύντι καὶ ἐκβάλλοντι. verbum autem ἀνδρηλατεῖν ante Platonem nemo praeter tragicos usurpavit:

Aesch. Ag. 1419 οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν σ' ἀνδρηλατεῖν μιασμάτων ἄποιν'; ibid. 1583 Ἀτρεὺς γὰρ . . . πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν . . . ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων. Eum. 221 οὔ φημ' Ὀρέστην σ' ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν.

Soph. O. R. 100 ἀνδρηλατοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν λύοντας.

Aeschylus etiam vocem ἀνδρηλάτης formavit, qua praeter eum neque Plato neque alius scriptor usus est: Sept. 624 . . . ζῶντ' ἀτιμαστῆρα τὼς ἀνδρηλάτην φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον.

c.

ἐκβακχεύω. Plat. Phaedr. 245 A τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοκωχή τε καὶ μανία, λαβοῦσα ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχήν, ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατά τε ᾠδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν, μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγιγνομένους παιδεύει, Rep. VIII 561 A ἀλλ' ἐὰν εὐτυχὴς ᾖ καὶ μὴ πέρα ἐκβακχευθῇ, ... hoc verbum ante Platonem tragicis solis in usu fuit, qui etiam verbum simplex βακχεύω saepius adhibuerunt; sed hoc verbum praeter eos non solum Plato, sed etiam alii prosae orationis scriptores usurpaverunt (e. g. Herodotus). vox ἐκβακχεύω praeter Platonem in prosa oratione non occurrit.

Eur. Suppl. 1000 πρός σ' ἔβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν οἴκων ἐκβακχευσαμένα. Tro. 408 εἰ μή σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευεν φρένας. Bacch. 1295 ἐμάνητε, πᾶσά τ' ἐξεβακχεύθη πόλις. post Euripidem et Platonem Alexis comicus hanc vocem semel adhibuit; fortasse eam e tragico sermone mutuatus est; ceteris comicis vox deest: Meineke vol. III p. 447, 12 καὶ τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκπυτίζομεν, ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ' ἐκβακχεύομεν.

Vocem ἐκβακχεύω tragicis magis familiarem esse quam comicis ex eo cognosci potest, quod etiam verbum συμβακχεύω in vocabulis tragicis numerare possumus; hoc enim comicis plane ignotum esse videtur.

συμβακχεύω. Plat. Phaedr. 234 D ἑπόμενος συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς. hoc quoque verbum Euripides formavisse videtur; nam nusquam alibi ante Platonem occurrit. Eur. Bacch. 726 πᾶν δὲ συνεβάκχευ' ὄρος. etiam nomen substantivum σύμβακχος Euripides formavit: Tro. 500 ὦ τέκνον, ὦ σύμβακχε Κασάνδρα θεοῖς. hanc autem vocem neque Plato neque ceteri scriptores post Euripidem usurpaverunt.

ἐξευλαβέομαι. Plat. Lach. 199 D ... ἐξευλαβεῖσθαί τε τὰ δεινὰ καὶ τὰ μή. Rep. III 409 C ὁ δὲ δεινὸς ... ὅταν μὲν ὁμοίοις ὁμιλῇ, δεινὸς φαίνεται ἐξευλαβούμενος. Polit. 263 D πειραθῶμεν οὖν ἡμεῖς ἐξευλαβεῖσθαι πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτα. Leg. X 905 A ἣν πασῶν δικῶν διαφερόντως ἔταξάν τε οἱ τάξαντες χρεών τε ἐξευλαβεῖσθαι τὸ παράπαν. formam simplicem εὐλαβέομαι, quae eandem significationem praebet, non solum poetae, sed etiam Xenophon, Demosthenes, Aeschines alii adhibuerunt ac ne Plato quidem repudiavit; forma autem composita ante Platonem tragicis solis in usu fuit: Aesch. frg. 206 ἐξευλαβοῦ δὲ μή σε προσβάλῃ

στόμα πέμφιξ. Eur. Andr. 643 τοῦτο δ' οἱ σοφοὶ βροτῶν ἐξευλαβοῦνται, μὴ φίλοις τεύχειν ἔριν. verisimile mihi esse videtur tragicos voci εὐλαβέομαι praepositionem ἐξ affixisse et ad sensum validiorem reddendum et ad formam metro versuum melius accommodandam.

ἐξομόργνυμι. Plat. Gorg. 525 A . . . ἃ ἑκάστη ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. Leg. VI 775 D εἰς γὰρ τὰς τῶν γεννωμένων ψυχὰς καὶ σώματα ἀναγκαῖον ἐξομοργνύμενον ἐκτυποῦσθαι καὶ τίκτειν πάντῃ φαυλότερα. verbum ὀμόργνυμι, quod significat „detergeo", epico sermoni proprium a prosa oratione alienum est; exstat apud Homerum e. g. Σ 123, ϑ 88. verbum ἐξομόργνυμι significat „abwischen" vel „abdrücken, abfärben"; hoc quoque vocabulum ceteris prosae orationis scriptoribus[1]) non in usu fuit, sed ante Platonem apud scaenicos poetas solos invenitur[2]). eandem significationem tralatam atque in Platonis locis Euripides usurpavit Bacch. 343 οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰών, μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί; quem locum Aristophanes illusit: Achar. 843 οὐδ' ἐξομόρξεται Πρέπις τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι[3]). quia praeter hunc locum vox ἐξομόργνυμι apud comicos non exstat, statuendum esse videtur Aristophanem eam hoc loco ex Euripidis versu illudendi causa sumpsisse. — simili ratione atque Plato Chaeremo quoque vocem adhibuit: frg. 14, 14 (Nauck p. 786) . . . ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα πέπλων σκιᾶς εἴδωλον ἐξωμόργνυτο.

Ceteris locis tragicis vox est: „detergere"; Eur. Hipp. 653 ἁγὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι. Herc. 1399 ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις. El. 501 ἐγὼ δὲ τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων κόρας δακρύοισι τέγξας ἐξομόρξασθαι θέλω. Or. 219 ἐκ δ' ὄμορξον ἀθλίου στόματος ἀφρώδη πέλανον ὀμμάτων τ' ἐμῶν. Eur. frg. 781, 6 οὐ σταλαγμὸν ἐξομόρξετε, εἴ πού τις ἔστιν αἵματος χαμαὶ πεσών;

---

1) Scriptores posterioris aetatis, qui vulgarem linguam adhibebant, voce ἐκμάξασθαι utebantur, ut Moeris (p. 205, 32 Bekker) testatur.

2) Nomen substantivum ἐξόμορξις (Plat. Tim. 80 E) a Platone formatum esse videtur; ante eum ne tragicis quidem in usu fuit.

3) cf. Passowii lexicon s. v. ἐξομόργνυμι.

ἐπαιδέομαι. Plat. Leg. XI 921 A ἂν δή τις δημιουργῶν ... ἔργον μὴ ἀποτελέσῃ διὰ κάκην, μηδὲν τὸν βιοδότην θεὸν ἐπαιδεσθείς ... — eundem fere sensum atque ἐπαιδέομαι verbum simplex αἰδέομαι prosae orationis proprium praebet, quod Plato quoque saepius usurpavit; ἐπαιδέομαι autem a prosa oratione alienum est neque occurrit nisi apud tragicos: Aesch. frg. 135 σέβας δὲ μηρῶν ἁγνὸν οὐκ ἐπῃδέσω, ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων. Soph. Ant. 510 σὺ δ' οὐκ ἐπαιδῇ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς; Eur. I. Aul. 900 οὐκ ἐπαιδεσθήσομαί γε προσπεσεῖν τὸ σόν γόνυ, θνητὸς ἐκ θεᾶς γεγῶτα. Eur. Hypsip. (P. Oxy. VI nr. 852) frg. 60, 21 κενὰ δ' ἐπῃδέσθην ἄρα. de hoc verbo eadem mihi statuenda esse videntur quae supra de forma vocis ἐξευλαβέομαι dixi.

ἐφυμνέω. Plato hac voce poetica utitur in Agathonis oratione (Conv. 194 E — 197 E), qua huius tragici sermonem summa arte imitatus est: 197 E ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ χρὴ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς. quare cogitari potest Platonem eam ex Agathonis fabulis mutuatum esse; sed hoc evinci non potest; nam in Agathonis fragmentis paucis vox non occurrit; tragici sermonis autem vox propria fuit; invenitur enim ante Platonem nusquam nisi apud Aeschylum et Sophoclem; contra verbo simplici ὑμνεῖν non solum poetae, sed etiam prosae orationis scriptores, in quibus Plato, usi sunt. vocabulum ἐφυμνεῖν apud Platonem praeter locum supra allatum bis in dialogo de Legibus exstat: VII 799 A ἣν ᾠδὴν δεῖ ἐφυμνεῖσθαι. XII 947 C τὸ πάτριον μέλος ἐφυμνεῖν. apud tragicos vox his locis occurrit:

Aesch. Pers. 395 οὐ γὰρ ὡς φυγῇ παιᾶν' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνές τότε. Choe. 385 ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι πευκήεντ' ὀλολυγμόν. Eum. 903 τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;

Soph. Ant. 658 πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία ξύναιμον. Ant. 1304 λοίσθιον δὲ σοὶ κακὰς βάξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ.

O. R. 1275 τοιαῦτ' ἐφυμνῶν πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα. Soph. frg. 87 ἐφυμνεῖς. frg. 378 πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος ἀντίσπαστά τε Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδίᾳ.

καθαιμάσσω. Plat. Phaedr. 254 E τοῦ ὑβριστοῦ ἵππου ἐκ τῶν ὀδόντων βίᾳ ὀπίσω σπάσας τὸν χαλινόν, τήν τε κακηγόρον γλῶτταν καὶ τὰς γνάθους καθῄμαξεν. verbum simplex αἱμάσσω, quo Plato usus non est, exstat apud Pindarum et tragicos; formam

cum praepositione κατά compositam ante Platonem tragici soli usurpaverunt[1]):

Aesch. Eum. 452 ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ.
Eur. Hec. 1125 . . . ἵν' ἁρπάσας χεροῖν
διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.
Andr. 588 σκήπτρῳ δὲ τῷδε σὸν καθαιμάξω κάρα.
I. Aul. 311 σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα.
Or. 1357 πρὶν ἑτύμως ἴδω τὸν Ἑλένας φόνον
καθαιμακτὸν ἐν δόμοις κείμενον.
ibid. 1527 μῶρος, εἰ δοκεῖς με τλῆναι σὴν καθαιμάξαι δέρην.

Euripides etiam quinque locis formam καθαιματόω adhibuit (Herc. 234. 256; Hel. 1599; Phoen. 1161. 1368), quam Aristophanes ab eo mutuatus esse videtur Thesm. 695. Plato hac forma non usus est.

4. Adverbia.

ἀπρίξ. Plat. Theaet. 155 E εἰσὶν δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ τοῖν χεροῖν λαβέσθαι. hoc vocabulum a verbo πρίω vel πρίζω ductum atque eodem modo formatum quo voces γνύξ, δάξ, μίξ, ἀναμίξ[2]), significat „mordicus, tenaciter". ante Platonem hanc vocem praeter Sophoclem nemo usurpavit: Ai. 310 κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί. frg. 328, 2 καὶ γὰρ οἱ μακρὸν βίον θνητῶν ἔχουσι, τοῦ γε κερδαίνειν ὅμως ἀπρὶξ ἔχονται.

Aeschylus formam ἄπριγδα praebet, quae idem significare videtur atque ἀπρίξ. Pers. 1058. 1064 ἄπριγδ' ἄπριγδα μάλα γοεδνά. scholiasta explicat: ἐπίφθεγμα ἐπὶ τῶν μετὰ σφοδρότητος τιλλόντων τὰς τρίχας (cf. Soph. Ai. 310!). praeterea Aeschylus voce ἀπρίξ usus est in novo vocabulo formando: Choe. 424 ἀπρικτόπληκτα πολυπλάνητα δ' ἦν ἰδεῖν ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα.

---

[1]) Post Platonem vox semel in prosa oratione occurrit: Libanius ed. Reiske IV p. 382 *τούτων δὲ οὐκ ἀποχρώντων τῷ χαλινῷ τὴν γνάθον καθήμαξεν.* apertum est Libanium nusquam aliunde vocem accepisse atque a Platone; nam enuntiatum Phaedri dialogi supra allatum imitatus est.

[2]) cf. Wilamowitz, Aeschylus' Choephoren p. 200.

In fontibus linguae communis ἀπρίξ non inveni nisi uno Polybii loco: XII 10, 6 διότι γὰρ τῶν τοιούτων ἐπιλαβόμενος οὐδὲν ἂν παρέλειπε Τίμαιος, ἀλλ' ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν ἐπέφυ, προφανὲς ἐκ τούτων. codices hoc loco praebent ἀλλὰ πρίν, quod Valesius[1]) mutavit in ἀλλ' ἀπρίξ. editores recentiores eum secuti sunt; Wunderer solus Valesii coniecturam improbat atque lectionem codicum ἀλλὰ πρίν servare vult, quam explicat: „sondern eher"[2]). sed causae, quibus Wunderer sententiam suam defendit, iam repulsae sunt[3]). mihi quidem ob eam tantum causam Valesii coniectura non plane probanda esse videtur, quia hoc modo vocabulum in textu ponitur, quod neque apud Polybium usquam legitur neque in ceteris linguae communis fontibus, quos quidem perquisiverim, occurrit; Atticistae qui dicuntur soli posteriore aetate vocem ἀπρίξ usurpaverunt[4]), quam certe nusquam alibi atque e lexicis Atticisticis sumpserunt[5]). quae res mihi evincere videntur vocem ἀπρίξ, quae iam aetate priore rarissime tantum occurrit, Polybii temporibus iam non viguisse, sed linguae aetatis hellenisticae, quam Polybius quoque adhibet, plane ignotam fuisse. Valesii coniecturam probare non possum nisi ea conditione, ut putem Polybium hanc vocem e scriptore prioris aetatis sumpsisse[6]). Platonis quidem loco supra allato (Theaet. 155 E) Polybii locus aliquo modo similis est; sed Platonem Polybius vix diligenter legit[7]); nisi e Republica e dialogis Platonis nihil mutuatus esse videtur[8]). utut res se habet,

---

[1]) Polybii . . . excerpta ex collectan. Constant. Porphyrogenetae H. Valesius . . . edidit, Parisiis 1631.

[2]) Wunderer, Polybiosforschungen I, Leipz. 1898, p. 31 sq.

[3]) cf. Büttner-Wobst in: Berliner Phil. Wochenschr. 1898 p. 1444.

[4]) e. g. Lucianus, Aristides, Aelianus, Philostratus II. (cf. W. Schmid, Atticismus).

[5]) cf. e. g. Moeris p. 191, 31 ed. Bekker: *ἀπρὶξ τὸ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις κατασχεῖν βίᾳ Ἀττικοί.*

[6]) Ad proverbium a Polybio allatum *ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν ἐπέφυ* vox *ἀπρίξ* non attinet; cf. Wunderer, l. l. p. 31 sq.; Paroemiographi Graeci edd. Leutsch et Schneidewin I p. 209, II p. 143. secundum indices paroemiographis vox *ἀπρίξ* ignota fuisse videtur.

[7]) Wunderer, Polybiosforsch. II, 1901, p. 71—74.

[8]) Wunderer, l. l. II p. 72—74.

vox ἀπρίξ certe sermoni elato tragicorum tribuenda est neque usquam linguae communis propria fuit.

ἀστακτί. Plat. Phaed. 117 C . . . ἀλλ' ἐμοῦ γε βίᾳ καὶ αὐτοῦ ἀστακτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα. haec vox significat „non stillatim", i. e. „effuse"; ante Platonem Sophocles solus ea usus est: O. C. 1250 δι' ὄμματος ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ. ibid. 1646 ἀστακτὶ δὲ σὺν ταῖς παρθένοις στένοντες ὡμαρτοῦμεν. forma adiectiva, qua Plato usus non est, semel apud Euripidem exstat: I. T. 1242 ἀστάκτων . . . ὑδάτων.

Caput II.

γέννημα. Plat. Soph. 266 D νῦν μᾶλλον ἔμαθον, καὶ τίθημι δύο διχῇ ποιητικῆς εἴδει· θείαν μὲν καὶ ἀνθρωπίνην κατὰ θάτερον τμῆμα, κατὰ δὲ θάτερον τὸ μὲν αὐτῶν ὄν, τὸ δὲ ὁμοιωμάτων τινῶν γέννημα. hoc loco vox γέννημα active usurpatur; significat idem quod vocabulum γέννησις, quo Plato saepe aliis locis utitur; hoc uno loco pro γέννησις posuit γέννημα, i. e. quod actione effectum est, posuit pro actione ipsa[1]). talem usum nominum in -μα finientium poetarum tragicorum proprium fuisse Menge dicit l. l. p. 52: „Plane . . . novum est neque antea inventum, quod ea quoque nomina [sc. in -μα cadentia], quae a verbis transitivis derivata sunt, active usurpabantur." voce γέννημα hoc modo ante Platonem Aeschylus solus usus est: Prom. 876 ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον.

Ceteris locis Plato propriam huius vocis significationem adhibuit (γέννημα = τὸ γεγεννημένον „das Erzeugte, Geschöpf"). de rebus eam usurpat e. g. Rep. X 597 E τὸν τοῦ τρίτου ἄρα γεννήματος ἀπὸ τῆς φύσεως [sc. δημιουργὸν] μιμητὴν καλεῖς; Leg. X 890 D νοῦ . . . γεννήματα). sed etiam de hominibus Plato vocem usurpavit, ita ut ponatur pro vocabulis τέκνον vel παῖς; e. g. Tim. 24 D γεννήματα καὶ παιδεύματα θεῶν. Leg. V 740 D ἐπιμέλειαι καὶ σπουδαὶ πλήθους γεννημάτων.

De hominibus Sophocles solus ante Platonem vocem γέννημα adhibuit: Ant. 471 δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς πεφυ-

[1]) cf. Campbell (The Sophistes and Politicus of Plato) ad loc.

κός[1]). ibid. 626 ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν νέατον γέννημα. Trach. 314 ἴσως γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις. O. R. 1167 τῶν Λαΐου τοίνυν τις ἦν γεννημάτων[2]).

Hunc usum vocis tragici sermonis proprium fuisse Menge observavit (l. l. p. 62); tamen Platonem eum tragicorum auctoritati debere non censeo; nam vox γέννημα a posterioris quoque aetatis scriptoribus, qui lingua vulgari utuntur, usurpatur. non dico de voce γένημα, quae saepissime in fontibus κοινῆς διαλέκτου adhibetur pro vocabulo καρπός; huius vocis usum linguae vulgaris praecipue proprium fuisse et Phrynichus testatur[3]) et nos ipsi cognoscere possumus: nam innumerabilia huius usus exempla exstant in papyris, permulta etiam in LXX, quattuor in Novo Testamento inveniuntur; ei quoque auctores, qui lingua communi utuntur, hac ratione vocem γένημα adhibent; cf. Polyb. I, 71, 1; 79, 6; III, 87, 1. hoc vocabulum non γέννημα, sed γένημα scribendum atque a verbo γίνομαι, non a γεννάω ductum esse prioribus plane ignotum erat; nunc denique ex papyris intellegitur, quae omnes γένημα, γενηματογράφος, γενηματοφύλαξ etc. praebent[4]). quare apud Phrynichum ν alterum eiciendum est; nam hic et alibi librariorum aut editorum errore vel inscitia γέννημα pro γένημα exstat.

Vox γέννημα, de qua nos agimus, cum γένημα minime confundenda est: quamquam illa posteriore aetate non tam saepe exstat quam haec, tamen linguae vulgaris propria fuisse videtur, quia praecipue in LXX et in Novo Testamento apparet;

[1]) codd. τῆς παιδός, quod Mekler mutavit in πεφυκός; qui lectionem codicum servare volunt, non iure *γέννημα* vertunt „indoles"; huius enim significationis testimonium nullum exstat.

[2]) Haec verba offensionem non praebent; *Λαΐου* est genetivus possessoris; vox *γεννήματα* significat non solum Lai liberos, sed etiam totam prolem servorum Lai. (sic Bruhnius, Sophocles König Oedipus p. 180, secundum Wilamowitzium).

[3]) *Ἐκλογὴ ὀνομάτων* 251 (ed. Rutherford p. 348) *γε[ν]νήματα· πολλαχοῦ ἀκούω τὴν λέξιν τιθεμένην ἐπὶ τῶν καρπῶν· ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα ἀρχαίαν καὶ δόκιμον οὖσαν. χρὴ οὖν ἀντὶ τοῦ γε[ν]νήματα καρποὺς λέγειν ξηροὺς καὶ ὑγρούς.*

[4]) cf. Winer-Schmiedel, Gramm. d. neutestamentl. Sprachidioms, 1894, § 5, 26a. Blass, Gramm. des neutestamentl. Griechisch, 1896, p. 11. Deissmann, Bibelstudien, Marburg 1895, p. 105 sq.; Neue Bibelstudien, ibid. 1897, p. 12. Helbing, Grammatik der Septuaginta, 1907, p. 16.

his locis eodem modo atque apud Sophoclem Platonemque de hominibus usurpatur:

LXX: Iudic. 1, 10 γεννήματα τοῦ Ἐνάκ. Sir. 10, 18 οὐκ ἔκτισται ἀνθρώποις ὑπερηφανία, οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασι γυναικῶν. I. Ma. 1, 38 ἐγένετο ἀλλοτρία τοῖς γεννήμασιν αὐτῆς (sc. Ἱερουσαλήμ).

N. T. γεννήματα ἐχιδνῶν Matth. 3, 7; 12, 34; 23, 33. Luc. 3, 7.

Quare vox γέννημα passive de hominibus usurpata mihi non in tragicis numeranda esse videtur. significatio autem, qua Aeschylus Prom. 876 et Plato Soph. 266 D utuntur, tragica nominanda est; neque priore neque posteriore aetate alibi occurrit.

παίδευμα. huius vocis significatio „institutio, disciplina" prosae orationis propria et apud Platonem et apud alios scriptores[1]) saepius apparet. uno autem loco Plato significationem usurpat a prosa oratione plane alienam: nominat enim Athenienses παιδεύματα θεῶν (Tim. 24 D). παίδευμα hoc loco est „alumnus"; usurpatur de hominibus metonymia, quam tragicis praecipue familiarem fuisse iam supra s. v. κήδευμα diximus[2]). vocem παίδευμα quoque hac ratione ante Platonem Euripides solus adhibuit:

Hipp. 11 Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα. El. 886 ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου παίδευμα Πυλάδη. Andr. 1100 μῆλα, φυλλάδος Παρνασίας παιδεύματ'[3]). frg. 939 ὦ παγκάκιστα χθόνια γῆς παιδεύματα.

σπορά. huius vocabuli significatio „Säen, Saat" prosae orationi tribuenda est; praecipue posteriore aetate persaepe haec significatio occurrit; plurima huius usus exempla papyri praebent. Plato autem hanc vocem usurpat ratione a prosa oratione longe aliena: Leg. V 729 C εὔνους ἂν γενεθλίους θεοὺς εἰς παίδων αὑτοῦ σπορὰν ἴσχοι κατὰ λόγον. VI 783 A περὶ τὴν τοῦ γένους σποράν.

Aliis locis Plato minus elatum sermonem sectatus vocabulis prosae orationis propriis utitur; e. g. Conv. 192 B πρὸς γάμους καὶ παιδοποιίας οὐ προσέχουσι τὸν νοῦν. Pol. 310 B πρὸς τὴν τῶν παίδων γέννησιν. Leg. VIII 842 E περὶ γάμους ἅμα καὶ

---

[1]) e. g. apud Xenophontem, Isocratem, Demosthenem.

[2]) cf. etiam Menge, l. l. pp. 50. 62. Bruhn, l. l. p. 139.

[3]) *παιδεύματ'* libri; Wecklein iniuria mutavit in *φιτύματ'*.

γενέσεις παίδων καὶ τροφάς (vide etiam supra s. v. παιδουργία). haec vocabula alii quoque prosae orationis scriptores adhibuerunt; sed vocem σπορά ante Platonem poetae tragici soli de liberis creandis usurpaverunt.

Frg. trag. adesp. 444 γνησίων ἐπὶ σπορᾷ παίδων. Aesch. Prom. 897 σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς τόξοισι κλεινὸς ἶνις.

Aliis locis tragici vocem σπορά ponunt pro „subole, prole“: Soph. Ant. 1164 θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ. Trach. 316 μὴ τῶν τυράννων, Εὐρύτου σπορά τις ἦν; ibid. 419 οὐκ οὖν σὺ ταύτην, ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς, Ἰόλην ἔφασκες Εὐρύτου σπορὰν ἄγειν;

Eur. Hec. 658 Ἑκάβη ποῦ ποθ' ἡ παναθλία, ἡ πάντα νικῶσ' ἄνδρα καὶ θῆλυν σπορὰν κακοῖσιν; Tro. 503 ὡς οὔτε μ' ἄρσην οὔτε θήλεια σπορὰ πολλῶν γενομένων τὴν τάλαιναν ὠφελεῖ. [Eur. frg. spur. 1132, 12 πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν φῦσαι δεήσει.] Euripides vocem σπορά etiam de agnis usurpat: Cycl. 56 δέξαι θηλαῖσι σποράς[1]) ἃς λείπεις ἀρνῶν θαλάμοις. significationem „suboles“ apud Menandrum quoque semel invenimus: Mein. IV p. 247 frg. 41, 2 χρήματα, γυναῖκα καὶ τέκνων πολλῶν σποράν, ἅ σοι τύχη κέχρηκε, ταῦτ' ἀφείλετο.

Uno tragicorum loco vox etiam „genus“ significat: Soph. Ai. 1298 τοιοῦτος ὢν τοιῷδ' ὀνειδίζεις σποράν; — significatio „Säen, Saat“, quae prosae orationis propria est, exstat etiam duobus locis Euripidis: El. 1154. Andr. 637.

Quamquam significationem „Zeugung“ praeter Platonem et tragicos nullus scriptor praebet, tamen credat quispiam tragicos et Platonem hanc sollemnem rationem dicendi e sermone legum sumpsisse; sed formula legitima, qua apud Athenienses matrimonium contrahi solebat, erat „ἐπ' ἀρότῳ γνησίων παίδων“. cf. Iw. Müller, Handbuch . . . IV. 1 p. 447 b adn. 1, ubi haec Menandri et Luciani testimonia afferuntur: Men. frg. inc. 185 (Mein. IV p. 275) παίδων ἐπ' ἀρότῳ γνησίων δίδωμί σοί γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα. Luc. Timon 17 εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παρα-

---

[1]) Editores plerique *σποράς* mutare voluerunt, quia metro versus non satisfaciat; Wilamowitzius autem lectionem codicum tuetur; cf. Choriambische Dimeter (Abh. d. Berl. Akad. d. Wissensch. 1902) p. 379.

λαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων ... — quibus addenda sunt haec testimonia: 1. Chariton Aphrodis. τῶν περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιρρόην III, 2 (Erotici script. rec. R. Hercher II p. 47, 14) σὺ γὰρ ἠπίστησας ὅτι ἔξω σε γαμετὴν παίδων ἐπ' ἀρότῳ κατὰ νόμους Ἑλληνικούς. 2. Isidorus Pelusiota[1]), De interpretatione divinae scripturae III, 243 (ed. C. Rittershusius): παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ[2]) παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι. in tabulis nuptualibus aetatis hellenisticae, quarum nonnulla exempla in Aegypto reperta sunt, talia verba „ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων“ omnino non exstant neque quicquam commemoratur de liberis creandis; haec tantum e. g. dicuntur: ἐξέδοτο ὁ δεῖνα τὴν αὑτοῦ θυγατέρα τῷ δεῖνι πρὸς γάμου κοινωνίαν (cf. e. g. P. Oxy. VI, 905).

φίλανδρος. Plat. Conv. 191 E γυναῖκες φίλανδροί τε καὶ μοιχεύτριαι. hanc vocem a Sophocle eadem significatione adhibitam esse Hermogenes tradit (Walz, Rhet. Graeci III p. 324 = Soph. frg. 1006 Nauck): καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ φίλανδρόν που τὴν Ἀταλάντην εἶπε διὰ τὸ ἀσπάζεσθαι σὺν ἀνδράσιν εἶναι. haec ergo vox et apud Sophoclem et apud Platonem est „virosus“; quam significationem nusquam alibi invenimus. praeter Sophoclem Aeschylus quoque voce φίλανδρος usus est; usurpavit eam de terra: Sept. 883 διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος, στένουσι πύργοι, στένει πέδον φίλανδρον.

Posteriore aetate vox saepius occurrit nova significatione instructa[3]): φίλανδροι enim nominantur uxores, quae maritos amant. semel hanc significationem in Novo Testamento invenimus: Tit. 2, 4 ... ἵνα σωφρονίζουσιν τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, σώφρονας, ἁγνὰς ... — plurima huius usus exempla exstant in sepulcrorum inscriptionibus; e. g. I. G. XII. fasc. III, 237. 280. 288, 5. 318. 494. 1126, 2; fasc. VII, 276. 395, 14. 401, 7; vol. XIV, 607 f. 1076. 1356. 1368. 1634. 1641.

---

[1]) Isidorus „monachorum in Pelusio Aegypti monte degentium abbas“ floruit V. p. Chr. saeculo (cf. Fabricii bibliotheca Graeca ed. Harles X p. 480).

[2]) In Rittershusii editione exstat *ἀρότρῳ*. Hemsterhusius in Luciani editione Bipontina I p. 372 dicit: „satis est certum debere legi *ἀρότῳ*.“

[3]) cf. Hermog. l. l. ... *ἡμῶν πάλιν ἐπ' ἄλλου πράγματος ταττόντων τοὔνομα τοῦτο.*

1866. 1976. 2091[1]). et haec testimonia et nomen proprium Φίλανδρος, quod quater inveni[2]), docent vocabulum φίλανδρος a prosa oratione non alienum fuisse; significatio sola, qua Sophocles et Plato utuntur, poetica putanda est.

καλλύνω. hoc verbum in prosa oratione capitur pro „verro": cf. Aristot. Probl. 24 (p. 936 b 26) διὸ οἱ ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ καλλύνοντες κερδαίνουσιν· τὸ γὰρ διαρριπτούμενον συγκαλλύνοντες λαμβάνουσι τὰ λείψανα. Polyb. VI 33, 4 διόπερ ἀεὶ σπουδάζουσι περὶ ταύτης (sc. τῆς πλατείας), ὡς ῥαίνηται καὶ καλλύνηται. P. Par. p. 322 . . . ὤμην οἰκίαν καθαίρεσθαι, καλλύνοντος αὐτὴν . . . eodem modo nomen substantivum τὸ κάλλυντρον in prosa oratione occurrit (Aristot., Plutarch.); τὰ καλλυντήρια (i. e. „Fegefest") erat nomen diei festi, qui Athenis mense Thargelione celebrabatur[3]). quibus exemplis demonstratur vocem prosae orationis propriam fuisse; ea sola ratio, qua Plato hoc verbum usurpat Leg. XII 944 B εὐδιάβολον κακὸν καλλύνων, colorem poeticum prae se fert. καλλύνω hic est „beschönigen". alio loco Plato idem significat voce prosae orationis propria ὑποκορίζομαι usus: Rep. III 400 D εὐλογία ἄρα καὶ εὐαρμοστία καὶ εὐσχημοσύνη καὶ εὐρυθμία εὐηθείᾳ ἀκολουθεῖ, οὐχ ἣν ἄνοιαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν. Demosthenes quoque hoc verbum adhibuit 19, 259.

Verbum καλλύνω autem significatione „beschönigen" instructum ante Platonem nemini nisi Sophocli in usu fuit: Antig. 495 μισῶ γε μέντοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις ἁλούς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ. altero loco Sophocles significationem exornandi usurpat: frg. 787, 5 ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη (sc. ἡ σελήνη). Plato semel genus verbi, quod dicitur medium, adhibet: Apol. 20 C ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἄν, εἰ ἠπιστάμην ταῦτα. καλλύνομαι hic est: „me iacto"; huius usus neque

---

[1]) Plura testimonia affert A. Deissmann, Licht vom Osten, Tübingen 1908, p. 228 sq.

[2]) Bechtel, Die Inschriften d. ionisch. Dialekts (1887) nr. 19, 329 (in tessera quinti a. Chr. saeculi). Mionnet, Description des médailles antiques II, 83 (in nummo Leucadico). Pausan. X 16, 5. Scholiasta ad Aeschinem II, 31 (ed. Ferd. Schulz, Lips. 1865, p. 290).

[3]) cf. Stengel, Die griechischen Kultusaltertümer² p. 214 sq.

apud tragicos neque apud ceteros scriptores, qui ante Platonem floruerunt, exemplum ullum exstat.

παροχετεύω. significatio propria huius verbi (= derivare) prosae orationi tribuenda est; usurpatur e. g. a Demone atthidographo frg. 6 (Müller F. H. G. I p. 379) et a Theophrasto (de caus. pl. V 17, 4); nomen substantivum παροχέτευσις ab hoc verbo ductum apud Hippocratem occurrit (Littré V p. 476). apud Platonem autem Leg. VIII 844 A ἐπεὶ καὶ τῶν ὑδάτων πέρι γεωργοῖσι παλαιοὶ καὶ καλοὶ νόμοι κείμενοι οὐκ ἄξιοι παροχετεύειν λόγοις . . . vox tralate usurpatur de legibus, quae non mereantur derivari et aliorsum deduci i. e. praeteriri; cf. Stallbaum ad. loc.: „disserens de aquae ductibus et canalibus Plato etiam verbo inde repetito utitur". ante Platonem Euripides solus hoc verbum tralate adhibuit: Bacch. 479 τοῦτ' αὖ παρωχέτευσας εὖ κοὐδὲν λέγων.

Appendix.

δοχή. Plat. Tim. 71 C λοβὸν δὲ καὶ δοχὰς πύλας τε. hac voce Plato vasa iecoris significat; prosae orationis scriptores ceteri pro hac voce vocabulum ἀγγεῖον adhibere solent; medici in primis hoc vocabulo utuntur ad vasa corporis notanda; contra vox δοχή eis plane non in usu fuit. Plato quoque aliis locis voce ἀγγεῖον utitur (cf. e. g. Tim. 73 D); vocabulum δοχή ob eam causam adhibuit, quia ad locum Euripidis, qui solus ante eum hac voce usus esse videtur, alludere vult; Eur. El. 827 καὶ λοβὸς μὲν οὐ προσῆν σπλάγχνοις, πύλαι δὲ καὶ δοχαὶ χολῆς πέλας κακὰς ἔφαινον τῷ σκοποῦντι προσβολάς. hoc quoque loco δοχή de iecoris vasis usurpatur; praeterea etiam voces λοβός et πύλαι hic eodem modo atque in Platonis loco exstant. quare apertum esse videtur Platonem vocem δοχή ex hoc ipso loco sumpsisse; tragica vocis origo praeterea metro iambico, quod ex Platonis verbis λοβὸν δὲ καὶ δοχὰς πύλας τε elucet, optime demonstratur.

Posteriore aetate vox δοχή significatione „Aufnahme, Bewirtung, Mahl" instructa saepius occurrit; huius usus haec testimonia inveni: LXX: Gen. 21, 8; 26, 30. I. Esdr. 3, 1. Esth. 1, 3; 5, 4. 5. 8. 12. 14. N. T.: Luc. 5, 29; 14, 13. pap.: e. g. B. G. U. III. 815, 4. significatio autem, qua Euripides

et Plato utuntur, neque priore neque posteriore aetate usquam alibi occurrit.

ἐντήκω. Plat. Menex. 245 D . . . ὅθεν καθαρὸν τὸ μῖσος ἐντέτηκε τῇ πόλει. haec quoque vox non in Platonis copiam verborum transiit, sed hoc solo loco usurpatur, quia philosophus, ut iam Kaibel observavit[1]), ad versum Sophoclis El. 1311 alludere vult: μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι. hoc quoque loco metrum tragicum in Platonis verbis servatum est.

Ante Platonem nemo praeter Sophoclem vocem ἐντήκω hac ratione adhibuit[2]); posteriore aetate duo huius usus exempla exstant: frg. adesp. comoediae, quae dicitur νέα (Kock C. A. F. III p. 489): frg. 431 οὕτως ἔρως ἰσχυρὸς ἐντέτηκέ μοι τῆς πατρίδος. hoc comici poetae loco vocis tragicus color refelli non potest; nam perspicuum est illum poetam Sophoclis locum ante oculos habuisse. — LXX: IV. Ma. 8, 26 πόθεν ἡμῖν ἡ τοσαύτη ἐντέτηκε φιλονεικία; quartum Maccabaeorum librum multa vocabula poetica praebere iam supra diximus[3]); quare vocem tragicam ἐντήκω hic occurrere mirum non est.

κλέπτομαι[4]). Plat. Rep. III 413 A Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, ὀρθῶς λέγεις, καί μοι δοκοῦσιν ἄκοντες ἀληθοῦς δόξης στερίσκεσθαι (sc. οἱ ἄνθρωποι).

Οὐκοῦν κλαπέντες ἢ γοητευθέντες ἢ βιασθέντες τοῦτο πάσχουσιν;

Οὐδὲ νῦν, ἔφη, μανθάνω.

Τραγικῶς, ἦν δ' ἐγώ, κινδυνεύω λέγειν. κλαπέντας μὲν γὰρ τοὺς μεταπεισθέντας λέγω καὶ τοὺς ἐπιλανθανομένους, ὅτι τῶν μὲν χρόνος, τῶν δὲ λόγος ἐξαιρούμενος λανθάνει· νῦν γάρ που μανθάνεις; — Ναί.

Plato hoc loco verbum κλέπτω, cuius significatio propria sermoni pedestri tribuenda est, ad oblivionem refert; qui usus tam rarus et obscurus est, ut per se intellegi non possit; philosophus ipse nobis fontem ostendit, ex quo hanc significationem sumpsit; dicit enim hunc usum verbi κλέπτομαι

---

[1]) Kaibel, Sophocles Electra, ad v. 1311.

[2]) Duos alios locos Sophoclis (Trach. 463; frg. 855, 7) eodem modo mihi praetermittendos esse censui atque locos duos Septuagintae (Ez. 4, 17; 24, 23), quia his locis vox *ἐντήκω* alia ratione usurpatur.

[3]) s. v. *καλλίπαις*, p. 40.

[4]) cf. supra p. 5.

tragicum esse; re vera huius significationis nullum aliud exemplum exstat nisi apud tragicum inventum; iam Campbell[1]) versum Sophoclis attulit, quo κλέπτομαι eadem ratione usurpatur: Ant. 681 ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι. quia hoc quoque loco nomen χρόνος cum verbo κλέπτεσθαι coniungitur, dubitari non potest quin Plato hunc Sophoclis locum imitatus sit atque ob hanc causam vocem κλέπτομαι mira illa significatione instructam usurpaverit.

Conclusio.

Singulis Platonis vocabulis, quae in tragicis numeranda esse censeo, pertractatis restat, ut paucis complectar, quae hac quaestione mihi exploravisse videor. vocabulis tragicis Plato consulto elocutionem suam instruxit; sed ad usum eorum non omnes dialogi pari ratione idonei erant[2]). praecipue voces tragicae eis locis occurrunt, quibus rerum quae tractantur gravitate atque sublimitate altius se extollit oratio, ut etiam enuntiatorum structura tota ratione dicendi colorem poeticum prabeat. quod cadit in primis in Phaedrum, Timaeum, de Legibus dialogos. in Phaedro maximam harum vocum partem altera Socratis oratio praebet[3]), cuius elocutio hymnorum non dissimilis est. Timaeus dialogus iam argumento suo rationem dicendi ab usitata alienam postulat. in dialogo de Legibus vocabula tragica praecipue exstant in prooemiis quae

---

[1]) Plato's Republic by Jowett and Campbell, vol. III, ad loc.

[2]) Vocabula 63, quae tractavi, hoc modo dialogis singulis tribuenda sunt: Apol. 1; Io, Hippias maior 0; Laches 2; Charm. 0; Crito 2; Prot. 1; Gorg. 4; Menex. 3; Euthyphr. 1; Meno 0; Euthyd. 3; Cratyl., Lys. 0; Phaedr. 7; Conv. 2; Phaed. 1; Rep. 10; Theaet. 4; Parm. 1; Soph. 5; Polit. 5; Phileb. 0; Tim. 7; Criti. 1; Leg. 29; Epinom. 0. [in dialogorum ordine chronologico statuendo et in dubiis a genuinis seiungendis maximam in partem Raederum secutus sum (Platons philosophische Entwicklung, Lips. 1905). Epinomidem dialogum genuinum esse post Raederum nuperrime ostendit H. Reuther, De Epinomide Platonica, Lips. 1907].

[3]) *πτέρωμα, κάκη, καθαιμάσσω, ὁμόπτερος.*

dicuntur[1]), quorum elocutio sollemnis et hieratica ut ita dicam, poetico sermoni simillima est[2]). praeterea Gorgiae dialogi extrema quidem pars (523 A sqq.) colorem maxime poeticum ostendit; hic quoque vocabula tragica non desunt[3]). at in aliis dialogis Plato alia ratione utitur; nam philosophi ars dicendi maior erat, quam ut intra angustos fines paucorum generum orationis ornatae se contineret. e. g. in Convivio singula vocabula tragica paene non occurrunt; tamen Plato elocutionem suam maxime elatam et poeticam reddit alludendo ad poetarum locos vel ad tragoedias totas[4]), versibus a poetis petitis, oratione rhythmica etc. et haec et alia [e. g. usus vocabulorum epicorum et lyricorum[5]), usus singularis et pluralis numerorum qui dicitur poeticus[6])] ei accuratius observanda sunt, qui cognoscere vult, quam varia Platonis ars dicendi fuerit. sed ad dialogorum ordinem chronologicum statuendum illae observationes nihil valere possunt. falsam de hac re sententiam protulit E. Zarncke l. l. p. 48: „Nach Bergk, Gr. Lit. IV, S. 431 würde der poetische Ton namentlich in des Philosophen Jugendschriften vorherrschen. Das würde vortrefflich zur ganzen Entwicklung stimmen: Die dichterische Sprache wird ja abgestreift, je entwickelter die Prosa wird. Eine Beobachtung des Gebrauchs speziell poetischer Ausdrücke oder Formen bei Platon von diesem Gesichtspunkte aus könnte wohl ein Kriterium abgeben bei den Versuchen, die schwebenden chronologischen Fragen auf dem Wege sprachlicher Untersuchung zu entscheiden.“ poetica enim vocabula non vestigia sunt originis poeticae prosae orationis, ut Zarncke putare

---

[1]) e. g. exstant in prooemiis: libri V. *παρακέλευσμα, σπορά, ὁμίλημα.* libri VI. *κήδευμα, παιδουργία, ἐξομόργνυμι.* libri X. *ἐξευλαβέομαι, εὐκταῖος.* libri XI. *κάκη.*

[2]) cf. Ed. Schwartz, Charakterköpfe aus der antiken Literatur, Leipz. 1903, p. 67.

[3]) *ἐξομόργνυμι, νουθέτημα.*

[4]) e. g. 196 B Plato vocibus *ἄνθη, ἀνανθεῖ, ἀπηνθηκότι, εὐανθής* ad Agathonis fabulam alludit, cui nomen *Ἄνθος* erat.

[5]) De horum verborum apud Platonem usu iam nonnulla protulit Campbell in libris supra laudatis.

[6]) cf. supra p. 8 sq., ubi huius usus exempla, quae Witte apud Platonem invenit, commemoravi.

videtur, sed consulto modo vitantur modo petuntur; itaque frustra laborat, qui dialogorum ordinem statuit secundum numerum verborum poeticorum, quem quisque praebet. quare nos singula vocabula tragica tractavisse satis habemus atque plus quam fas est ex eorum usu concludere nolumus.

Addenda et Corrigenda.

ad p. 3: Dissertatione mea prelo iam subiecta mihi in manus venit commentatio Guilelmi Altwegg, De Antiphonte qui dicitur sophista quaestionum particula I. De libro περὶ ὁμονοίας scripto, Basileae 1908. hac commentatione demonstratur Antiphontis περὶ ὁμονοίας libellum ante annum 438 prodisse (Altwegg p. 76), ita ut non libellus de Re publica Atheniensium, sed hic Antiphontis liber antiquissimum prosae orationis Atticae monumentum esse videatur (cf. Nestle, Wochenschrift f. klass. Philol. 1909, p. 120 sqq.).

p. 3 adn. 7 velim legas: Herm. XXXI p. 271 sqq.; XXXII p. 1 sqq.

p. 5 adn. 3 velim legas: pp. 73. 292 sqq.

Index vocabulorum tragicorum quae tractavi.

Vita.

Natus sum Kurtius Gleisberg Ligniciae a. d. VI. Id. Ian. anni 1886 patre Paulo, qui praematura morte mihi ereptus est, matre Berta e gente Fromberger, quam adhuc in vivis esse valde gaudeo. Fidem confiteor evangelicam. Primis litterarum elementis imbutus anno 1895 in sextam classem gymnasii Iohannei Ligniciensis, cui tum nomen erat „Academia equestris Regia", receptus sum. Vere anni 1904 maturitatis testimonium adeptus universitatem Monacensem adii, ut studiis philologicis me darem; docuerunt me per semestre aestivum viri doctissimi:

Furtwängler †, Muncker, H. Paul, Weyman.

Autumno eiusdem anni Berolinum me contuli, ubi audivi viros doctissimos:

Geiger, Helm, Herrmann, Klebs, Roethe, Stolze, Kekule de Stradonitz, Stumpf, Vahlen, U. de Wilamowitz-Moellendorff.

Inde a vere anni 1905 in universitate Viadrina Vratislaviensi philologiae operam navavi atque scholas frequentavi horum virorum doctissimorum:

Baumgartner, Cichorius, Ebbinghaus, Rich. Foerster, Freudenthal †, O. Hoffmann, Hönigswald, Kaufmann, Koch, Kowalewski, Kühnemann, Norden, Skutsch, Wendland.

Proseminarii philologici sodalis fui per tria semestria moderantibus *Nordeno, Foerstero, Skutschio.* Ut seminarii philologici per ter sex menses sodalis essem ordinarius, mihi benigne concesserunt *Foerster, Skutschius, Wendlandius.* Ad exercitationes proseminarii seminariique archaeologici *Foerster,* ad exercitationes historicas *Cichorius* et *Kampers,* ad philosophicas *Kühnemann* me admiserunt.

Quibus omnibus viris debitam iustamque gratiam habeo semperque habebo, in primis *Nordeno,* qui ad studia Platonica me incitavit, *Foerstero* et *Hoffmanno,* qui opera et consilio in hoc libello conscribendo libenter me adiuverunt; omnium autem maxime *Wendlandio* quantum debeam, cuius parato semper et benigno consilio et auxilio in tota commentatione mea perficienda adiutus sum, grato pioque animo usque confitebor.

Theses.

I. Platonis Convivium prius esse Xenophonteo Brunsius sagacissime demonstravit.

II. Primus Rei publicae Platonicae liber vestigia originis aliquanto prioris quam ceterorum praebet.

III. Auctor περὶ ὕψους XIII, 3 „μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον ὅ τε Ἀρχίλοχος, πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ κείνου νάματος εἰς αὐτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος“ vocabulo Platonis proprio utitur et ad Plat. Phaedr. 235 C, Leg. V 736 B alludit; pedestris sermonis elocutione in re plane eadem utuntur Dionysius Hal. De compos. 24, Quintilianus X 1, 46, Heraclitus Alleg. 10.

IV. Dionys. Hal. epist. ad Pomp. Gem. 2, 5, ubi Platonem τὰ πεποιημένα . . . καὶ ξένα καὶ ἀρχαιοπρεπῆ sectari dicit, consulto vocem Platoni familiarem usurpat.

V. Titulus Magnesiae nr. 252 (Otto Kern, Die Inschriften von Magnesia am Maeander, Berlin 1900)

Καλλιπαρθένιος
πηγὴ ἀέναος,
νᾶμα Νυμφῶν
ἀνέκλειπτον

elocutionem poeticam atque orationem rhythmicam praebet.

Typis expressit R. Nischkowsky Vratislaviensis